



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**


**Epistola Lvtheriana Ad Leonem Decimvm Svmmvm  
Pontificem**

**Luther, Martin**

**[Wittenberg], 1521**

**VD16 L 4633**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33349**



Th. 6117.



27 II  
13



fides figura fiducia i. Deo q̄ fides et ratione cognoscatur  
etiam et non desideratur.

# EPISTOLA

LUTHERIANA AD LEONEM

DECIMVM SVMMVM

PONTIFICEM.

*mihi multa misericordia dicitur  
terpino et ceteris*

## LIBER DE CHRISTIANA LIBER-

tate, continens summam Christianæ doctri-

næ, quo ad formandam mentem, & ad in-

telligendam Euāgeliū vim, nihil absolu-

tius, nihil cōducibilius necq; a veteri-

bus, necq; a recentioribus scriptori-

bus, pditū est. Tu Christiane

lector, relege iterum atq;

iterum, & Christum

imbibe. ~

## RECOGNITVS VVITTEMBERGAE.

*Imber dicitur doctrina fidei qd mōder erat*

*et sed fuit copiacionis tēra p. doctrinā*

*fidei fuit mōder operis uentis de celo*

*Dens ḡm patens et p̄f. solis glorias*

*ad celosseren et neq; nob̄ induit in celo aut die*

*Dens morte nō fuit nec letat, t̄ p̄ditione ueroj fagie,*

*nos filii tuus sumus qd fuit nō est regis nos p̄tto uissa t̄ p̄f. nō curram*

LEONI DECIMO PONTIFICI ROMA-  
no Martinus Lutherus Salutem in Christo Iesu  
domino nostro. Amen.

INTER monstra huius seculi, cum quibus mihi iam in  
tertium annū res & bellum est, cogor aliquando & ad te  
suspicere, tuis recordari, Leo pater beatissime, immo cū  
tu solus mihi belli causa passim habearis, nō possum unquam  
tui non meminisse. Et quanquā impiis adulatoribus tuis in me  
sine causa scuientibus, coactus fuerim a sede tua ad futurum  
Constitutio-  
nes ad concilium prouocare Concilium, nihil ueritus Pii & Iulii tuorum prede-  
lum prouocat  
cessorum uanissimas constitutiones, idipsum stulta tyrannide  
re prohibent  
prohibentium, non tamen unquam interim animum meum  
a tua beatitudine sic alienauit, ut nō totis uiribus optima quæ  
tibi sediq̄ tuæ optarim, eademq̄ sedulis, atq̄ quantum in me  
fuit, gemebundis precibus apud deum quasierim. Atqui eos  
qui me autoritatis & nominis tui maiestate haec tenus terrete co-  
nati sunt, pene contemnere ac triumphare cepi. Vnum super  
esse video, quod contemnere non possum, quæ causa fuit, ut  
denuo scriberem ad T.B. Hæc est, quod accusari me & magno  
ueriti mihi uitio intelligo meam temeritatem, qua nec tuæ per-  
sonæ pepercisse iudicor.

Ego uero, ut rem aperte confitear, conscius mihi sum, ubi-  
cunq̄ tuæ personæ meminisse oportuit, non nisi magnifica &  
optima de te dixisse. Si uero a me secus factum esset, ipsem  
nullis modis probare possem, & illorum de me iudicium omni  
calculo iuuarem, nihilq̄ libentius quā palinodiam huius tem-  
ritatis & impietatis mee canerem. Appallauit te Danielem in  
Babylone: & innocentia tuam insigniem aduersus contamina-  
torem tuū Sylvestrum, quā egregio studio tutatus sim, qui quis  
lector intelligit abunde. Scilicet, celebratior & augustior est in  
omni terrarū orbe, tot tantorum uirorū literis cantata opinio  
& uitæ tuæ inculpatæ fama, quā ut a quoquis, uel maximino-  
minis, possit quouis arte impeti. Non sum tam stultus, ut cum

Harum litera-  
rum ad Leo-  
nem causa.

Quomodo  
Lutherus pō-  
tifical tracta-  
uerit.

AD LEONEM RO. EPISCOPVM.

incessam, quem nullus non laudat, quin & mei studii fuit eritq;  
semper, nec eos incessere quos publica fama foedat, nullius eni  
dilector criminis, qui & ipse mihi satis conscius sum, magnæ  
trabis meæ in oculo meo, nec primus esse queam, qui in adul-  
teram lapidem mittat.

Communiter quidé in impias doctrinas inuestitus sum acri- Luther⁹ qua-  
ter, & aduersarios, non ob malos mores, sed ob impietatem, nō re tā dure in  
segniter momordi, cuius me adeo non penitet, ut animum aduersarios in  
induxerim, contempto hominum iudicio, in ea uehementia  
zeli perseverare, Christi exemplo, qui genimina uiperarum,  
cecos hypocritas, filios diaboli, suos aduersarios pro zelo suo  
appellat. Et Paulus filium diaboli, plenum omni dolo & ma- Paulus & pa-  
litia Magū criminatur, canes, subdolos, cauponatores quoſ- pheræ morda-  
dam traducit. Vbi si des molliculos istos auditores, nihil erit ces molliculus  
Paulo mordatus & immodestius. Quid mordatus prophe- sunt.  
tis nostri sane seculi aures ita delicatas reddidit, adulatorum Noſtri ſeculi  
ueſana multitudine, ut quā primum noſtra non ſentiamus pro- delicate au-  
bari, mordeti nos clamemus, & cum ueritatem alio titulo re- res.  
pellere nequeamus, mordacitatis, impacientiae, immodestiae  
pretextu fugimus. Quid proderit ſal, ſi non mordeat? Quid  
os gladii ſi non cedat? maledictus uir, qui facit opus domini  
fraudulenter. Quare, optime Leo, hiſ me literis rogo expurga-  
tum admittas, tibi quod persuadeas, me nihil unquam de persona  
tua mali cogitasſe, deinde me talem eſſe, qui tibi optima uelim  
contingere in atermnum, neque mihi cum ullo homine de mori-  
bus, ſed de ſolo uerbo ueritatis eſſe contentionem. In omnibus Cōtentio Lu-  
aliſ cedam cuius, uerbum deserere & negare nec poſſum nec theri-  
uoſ. Qui aliud de me ſentit, aut aliter mea hauiſit, non recte  
ſentit, nec uera hauiſit.

Sedem autem tuam (quæ curia Romana dicitur, quā neque na- Curia Roma  
tu, neque ullus hominum potest negare, corruptiorem eſſe qua-  
uis Babylone & Sodoma, & quantum ego capio, prorsus de-  
plorate, desperatæ, atque conclamatae impietatis) ſane detesta-  
tus ſum, indigneque tuli, ſub tuo nomine & pretextu Romanæ

A ii

EPISTOLA LUTHERI

Ecclesiæ, Iudi Christi populum, atq; ita restiti, resistamq; dum  
spiritus fidei in me uixerit: non quod ad impossibilia nitar,  
& sperem mea solius opera, tot repugnantibus furiis adulato-  
rum, quicquā promoueri in ista Babylone confusissima: Sed  
quod debitorem me agnoscam fratrum meorum, quibus cō-  
suli a me oportet, ut uel pauciores, uel mitius a Romanis pesti-

**Quid ex Ro-**  
**ma in orbē in-**  
**undat ( quod non ignoras ipse ) quā uastitas rerum,**

**corporum, animatum, & omniū pessimarū rerum pessima ex-**

**empla. Luce enim hæc omnibus clariora sunt, & facta est Ro-**

**Romana Ecclesia, quondam omniū sanctissima, spelunca la-**

**tronum licentiosissima, lupanar omniū impudentissimū, reg-**

**nū peccati, mortis, & inferni, ut ad malitiam quod accedat,**

**iam cogitari nō poscit, ne Antichristus quidē si uenerit.**

Interim tu Leo, sicut agnus in medio lupo rum sedes, sicut  
Daniel in medio leonum, & cum Ezechiele inter scorpiones ha-  
bitas. Quid his mōstris unus opponas t' addē tibi eruditissimos  
& optimos Cardinales tres aut quatuor. Quid hii inter tantos  
ante ueneno omnibus pereundum uobis, quā de remedio sta-  
tuere presumeretis. Actum est de Romana curia, peruenit in eā  
ira dei usq; in finem: Concilia odit, reformari metuit, futore  
impietatis suæ mitigare nequit, & implet matris suæ elogium,  
de qua dicitur: Curauimus Babylonem, & non est sanata, de-  
relinquamus eam. Officii quidem tui, Cardinaliumq; tuorum,  
fuerat, his malis mederi, sed tider medicam ista podagra ma-  
num, & nec curtus audit habemas. Hac affectione tactus do-  
lui semper, optime Leo, his seculis te Pontificem factum, qui  
melioribus dignus eras. Non enim Romana curia metetur te

Satana nō Pa-  
tuīq; similes, sed Satanam ipsum, qui & uere plus quā tu in Ba-  
bylone regnāt. O uifinam deposita ista quam tibi gloriam  
esse iactant hostes tui perditissimi, priuato potius sacerdotio lo-  
aut hæreditate paternā uictitares, hac gloria gloriari non sunt  
digni, nisi Scariotides, filii perditionis. Quid enim facis in cu-

AD LEONEM R.O. EPISCOPVM.

ria, mi Leo, nisi, ut quo quisq; est scelerior & execrator, eo fox Ad oia flagi-  
licius utatur tuo nomine & autoritate, ad perdendas hominū  
pecunias & animas, ad multiplicanda sclera, ad opprimendā  
fiderem & ueritatem cum tota Ecclesia dei? O reuera infelicissi-  
me Leo, & periculosissimo sedens solio, ueritatem enim tibi  
dico, quia bona tibi uolo. Si enim Bernardus suo Eugenio  
compatitur, cum adhuc meliore spe Romana sedes, licet tum Bernhardus  
quoque corruptissima imperaret: Quid nos non queramur,  
quibus in trecentis annis tantum accessit corruptionis & per-  
ditionis? Nonne uerum est, sub uasto isto cœlo, nihil esse Ro-  
mana curia corruptius, pestilentius, odiosius? incomparabi-  
liter enim Turcarū uincit impietatē: Ut reuera, quæ olim erat  
ianua cœli, nūc sit patens quoddā os inferni, & tale os, quod,  
urgente ira dei, obstrui nō potest. Vno tantū reliquo miseriis cō  
filio, si queamus aliquot a Romano (ut dixi) isto hiatu reuo-  
care & seruare. Ecce mi Leo pater, quo consilio, qua ratione  
in sedem istam pestilentiae debacchatus sim, tantū enim abest  
ut in tuam personam lœuirem, ut sperarem etiam gratiam ini-  
tutum me, & pro tua salute statutum, si carcerem istum tuum,  
immo infernum tuum, strenue & acriter pulsarem. Tibi enim  
tuęq; salutis profuerit & tecum multis alis, quicquid in impie-  
hulus seculi cutiæ confusione moliri potest omnium inge-  
niorum impetus. Tuum officium faciunt, qui huic male fa-  
ciunt, Christum glorificant, qui eam omnibus modis execran-  
tur. Breuiter, Christiani sunt, qui Romani non sunt.

Bernhardus  
Eugenio com-  
patitur.

Vnū consilii  
i corrupta he-  
dierna Ecle-  
siarelictum.

Sed ut amplius loquar, ne hoc ipsum unquam super cor me-  
um ascendit, ut in Romanam curiam inueherer, aut quicquā  
de ea disputarem: Videns enim desperata omnia salutis reme-  
dia, contempti & dato repudii libello, dixi ad eam: Qui for-  
det, sordecat adhuc, & qui immundus est, immundus sit ad-  
huc tradens me placidis & quietis sacrarū literarū studiis, qbus  
prodessem fratribus circū me agētibus. Hic cū nō nihil profice-  
rem, aperuit oculos suos Satan, & seruū suū Iohānem Ecclum,

A iii



EPISTOLA LVTHERI

Qui Luther⁹ insignem Christi aduersarium extimulauit indomita gloria libidine, ut me traheret in arenam insperatam, captans me in uno uerbulo, de primatu Ro. Ecclesiæ, mihi obiter elapso. Hic Thraso ille gloriolus, spumans & frendens iactabat: Pro gloria dei, pro honore sancte sedis Apostolicæ omnia se ausurum, &

de tua inflatus abutenda sibi potestate, nihil certius expectabat quā uictoriā, non tam primatum Petri, quā suum principatum inter Theologos huius seculi, querens, ad quē non patuī momentum habere ducebat, si Lutherū diceret in triumpho. Quod ubi Sophistæ infeliciter cessit, incredibilis furia hominem exagitat, sentit enim sua culpa solius factum esse, quicqđ Romanæ infamiae per me natum est.

Atqđ sine me quæso optime Leo, hic & meam aliquādō causam agere, uero qđ tuos hostes accusare. Notum esse arbitror tibi, quid tecum egerit Cardinalis sancti Sixti Legatus tuus, im prudens & infelix, immo infidelis. In cuius manu, ob tui nominis reverentiam cum me & omnia mea posuisset, non hoc egit, ut pacem statueret, quam uno uerbulo potuisse facile statuere, cum ego tum promitterem silentium & finem cause meæ facturum, si aduersariis idem mandaretur. At homo gloriae, non contentus eo pacto, coepit aduersarios iustificare, lacentia aperire, & mihi palinodiam mandare, id quod in mandatis proflus non habuit, hic sane, ubi causa in optimo loco erat, illius importuna tyrannide uenit in multo peiore, unde quicquid post hæc secutum est, non Lutheri, sed Caietani tota culpa est, qui ut silerem & quiescerem non est passus, quod tum summis uiribus poscebam, quid enim facere amplius debui?

Carolus Miltitius,  
titius.

Secutus est Carolus Miltitius, & ipse B. T. nuncius, qui multo & uario negotio cursans & recursans, nihilqđ omittens quod ad reparandum causæ statum, quem Caietanus temere & superbe turbauerat, pertineret, uix tandem etiam, auxilio illustrissimi principis Friderici electoris, effectit, ut semel & iterum familiariter tecum loqueretur, ubi denuo tuo nomini cessi, paratus silere, acceptans etiam Iudicem uel Archiepiscopum Treueren.

Indices Luthe  
rianæ cause  
electi.

AD LEONEM R. O. EPISCOPVM.

uel Episcopum Numburgeū. atq; ita factum & impetratum,  
dum hac spe bona aguntur, Ecce alter & maior hostis tuus ir-  
mit Eccius, cum disputatione Lipsica, quam instituerat contra Eccius.  
D. Carlstadium, & noua accepta de primatu Papæ quæstione, Disputatio  
in me uertit insperatum arma, & penitus hoc concilium pacis  
dissipat. Expectat interim Carolus Militius, disputat, iudices  
eliguntur, nec hic aliquid decernitur, nec mirum, quādo Eccii  
mendaciis, simulationibus, technis, omnia ubiq; erant turba-  
tissima, exulceratissima, confusissima, ut quocunq; inclinasset  
sententia, maius esset exorturū incendium, gloriā eīi non uer-  
tatem quærebat, nihil etiā hic omisi, quod a me fieri oporteret.

Et fateor, hac occasione, non parum uenisse ad lucem Ro-  
manum corruptelarum, sed in qua si quid peccatum est, Eccii  
culpa est, qui onus supra uires fulcipientis, dum gloriam suam  
furiose captat, ignominiam Romanam in totum orbem reue-  
lat. Hic est ille hostis tuus, mi Leo, seu potius curiæ tuae, huius  
unius exemplo discere possumus, non esse hostem adulatore  
nocentiorē. Quid enim sua adulatio promouit, nisi ma-  
lum, quod nullus regum promouere potuisset? sicut enim ho-  
die nomen Romanæ curiæ in orbe, & languet papalis autori-  
tas, famosa infictia male audit, quorum nullum audiremus, si  
Eccius, Caroli & meum de pace consilium non turbasset, id  
quod non obscure & ipse sentit, sero & frustra indignatus in li-  
bellorum meorum æditionem, hoc debebat tum cogitare cū  
totus in gloriam, sicut hinniens emissarius, insaniret, neq; alia,  
quā sua in te, tuo tamen maximo periculo, quereret. Sperabat  
homo uanissimus me formidine nominis tui cessurum & taci-  
tum ( nam de ingenio & eruditione non credo q; præsump-  
serit ) Nunc cum nimio me confidere & sonare uideat, sera poe-  
nitentia temeritatis suæ, intelligit esse in cœlo, qui superbis re-  
sistat, & prælumentes humiliet, si tamen intelligit.

Nihil itaq; hac disputatione promouentibus nobis, nisi ma-  
iotem confusionem Romanæ cause, iam tertio Carolus Mil-  
tius patres ordinis capitulo congregatos adit, consilium petit

Eccius adulato-  
tor plus Ro-  
manæ curiæ  
nocuit, quam  
potentissimus  
hostis potu-  
sset facere.

EPISTOLA LVTHERI

componendæ causæ , quæ iam disturbatissima & periculosis-  
ma esset : Mituntur hinc ad me , cum viribus in me deo pro-  
pitio non sic spes grassandi , aliquot celebriores ex illis , qui pe-  
tunt , ut saltem tuæ beatitudinis personam honorem , & literis  
humilitatis excusem innocentia & tuam & meam , esse adhuc  
rem nō in extremo desperationis loco , si Leo decimus pro sua  
innata bonitate manū admoueret . Hic ego , qui semper pacem  
& obtuli & optauī , ut placidioribus & utilioribus studiis infer-  
nirem , cum & in hoc ipsum tanto spiritu sim tumultuatus , ut  
eos , quos mihi longissime impares esse uidebam , magnitudi-  
ne & impetu , tam uerborum quā animi compescerem , non  
modo libens cessi , sed & cum gaudio & gratitudine acceptauī ,  
ut gratissimum beneficium , si dignum fuerit spei nostre satis  
facere .

Ita uenio beatissime pater , & adhuc prostratus rogo , si se-  
ri potest , manū apponas , & adulatoriis istis , pacis hosti-  
bus , dum pacem simulant , frenum iniicias . Porro palinodia ,  
ut canam beatissime pater non est quod ullus præsumat , nisi  
malit adhuc maiore turbine causam inuoluere : Deinde leges  
interpretandi uerbi dei non patior , cum oporteat uerbum dei  
esse non alligatum , quod libertatem docet omnium alionum .  
His duobus saluis , nihil est quod non facere & pati possim , ac  
libentissime uelim . Contentiones odi , neminem prouocabo ,  
sed prouocari rufus nolo , prouocatus autem , Christo magi-  
stro , elinguis non ero . Poterit enim T.B. breui & faciliter uerbo ,  
contentiobus istis ad se vocatis & extintis , silentium & pa-  
cem utring mandare , id quod semper audire desiderauī .

Proinde , mi Leo pater , caue Syrenas istos audias , quite nō  
putum hominem , sed mixtum deum faciunt , ut queuis man-  
dare & exigere possit : Non fiet ita , nec præualebit , Seruus ser-  
uorum es , & præ omnibus hominibus miserrimo & pericu-  
lissimo loco . Non te fallant , qui te dominum mundi singunt ,  
qui sine tua autoritate nullum Christianum esse sinunt , quite  
in cœlum , infernū , purgatoriū posse aliquid gariunt . Hostes  
hi tui

Monet Papā  
ne adulatores  
audiat.

Reuocare ni-  
hil oino vult.  
Leges inter-  
pretandi ver-  
bi dei nō vult  
ferre.

AD LEONEM R. O. EPISCOPVM.

hi trisunt & animam tuam ad perdendum querunt, sicut Isaías dicit: Popule meus qui te beatum predican, ipsi te decipiūt, Errant qui te supra Concilium & uniuersalem Ecclesiam eleuāt. Errant qui tibi soli scripture interpretandæ ius tribuunt, suas enim hi omnes impietates sub tuo nomine statuere in Ecclesia querunt, & prohdolor multum per eos Satāni profecit in tuis predecessoribus. Summa, nullis crede, qui te exaltant, sed iis qui te humiliant. Hoc enim est iudicium dei. Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. Vide quam dispar sit Christus Vicarius qui suis successoribus<sup>2</sup>, cum tamen omnes uelint eius esse uicarii. Et sit, metuo ne reuera plurimi eorum sint & nimis serio uicarii eius. Viearius enim, absens principis est. Quod si Pontifex, absente Christo & non inhabitante in corde eius, prasit, quid aliud quā uicarius Christi est? At quid tum illa Ecclesia, nisi multitudine sine Christo est? Quid uero talis uicarius, nisi Antichristus & Idolum est? Quāto rectius Apostoli, qui se seruos Christi appellant presentis, non uicarios absens.

Impudens forte sum, tantum uerticem uisus docere, a quo doceri omnes oportet, & sicut iactant pestilentiae tuæ, a quo iudicantium throni accipiunt sententiam. sed æmulor sanctum Bernardum in libello de Consideratione ad Eugenium, omni pontifici memoriter noscendo. Neque enim docendi studio, sed puræ fidelisq; sollicitudinis officio hoc facio, quæ cogit nos etiam omnia tuta uereti proximis nostris, nec patitur rationē dignitatis aut indignitatis haberi, solis periculis & commodis alienis intenta. Cum enim sciam T. B. uersari & fluctuari Romæ, id est, medio mari infinitis periculis undiq; urgente, & ea te misericordia conditione laborantem, ut etiam cuiuscq; minimi fratri minima ope indiges, non uideor mihi absurdus, si interim maiestatis tuæ obliuiscar, dum officium charitatis imple uero, nolo adulari in re tam seria & periculosa, in qua si amicus esse & plus quam subiectissimus tibi, non intelligar, est qui intelligat & iudicet.

B

EPISTOLA LVTHERI

In fine, ne vacuis aduenierim B.T. mecum affero tractatulum hunc sub tuo nomine editum, uelut auspicio pacis componendae & bonae spei, in quo gustare possis, quibus nam studiis ego malim & possim fructuosius occupari, si per impios adulatores tuos licet, & haec tenus lieuisset, parua res est, si corpus spe-ctes, sed summa (nisi fal-lor) uite Christianae co-pendio congeta, si sententiam captes. Neque habeo pauper aliud quo gratificer, nec tu alio eges, quam spirituali dono augeri. Quo & meipsum paternitati & beatitudini tuae commendabo. Quam dominus IESVS seruet in perpetuum. A M E N.

VVITTEMBERGAE, SEXTA  
SEPTEMBRIS. ANNO

M. D. X X

MAR. LVTHERI TRACTATVS  
DE LIBERTATE  
CHRISTIANA.



ACILIS res multis est uisa , Christiana fides, quā & nō pauci inter uitutes ceu fo-  
cias numerant , quod faciunt, quia nullo expe-  
rimento eā probauerunt, nec quantē sit  
uitutis unquam gustauerunt, cum fieri non possit, ut bene de ea scribat, aut recte  
scripta bene intelligat , qui non spiritum tur.

Fides tribula-  
tionibus disci-  
tur.

eiusdem, urgentibus tribulationibus, aliquando gustarit. Qui autem uel paululum gustauit , non potest unquā satis de eadē scribere, dicere, cogitare, audire, fons enim uiuus est saliens in uitam æternam , ut Christus Iohan.iii. appellat. Ego autem quanquā de abundantia non glorier, sciamq; quā sit mihi curta sappelle, spero tamen nōnullā guttam fidei, magnis & uariis agitatū temptationibus me consecutū, posseq; si nō elegantius, certe solidius de ea dicere , quam litterales illi & subtile nimio disputatores hactenus disseruerunt, sua ipsorū nō intelligentes. Quo autē faciliorem uiam rudibus ( nā iis solis seruio ) aperiā, duo hæc themata p̄mittō de libertate & seruitute spiritus.

Christianus homo, omniū dñs est liberrimus, nulli subiectus. *Themata*

Christianus homo, oīm seru⁹ est officiosissimus, oīb⁹ subiectus.

Hæc quanquā pugnare uidcant, tamen ubi cōuenire inuenta fuerint, pulchre facient ad institutū nostrū. Sunt. n. ipsius Pauli utraq; dicentis. i. Cor. xii. Cū liber essem, omniū me seruū feci. Ro. xiii. Nemini quequā debeatis, nisi ut inuicē diligatis. Amor uero natura sua officiosus est, & obsequens ei quod amat, sic & Christus, quanq; oīm dñs, factus tñ ex muliere, factus est sub le-  
ge, simul liber & seruus, simul in forma dei, & in forma serui.

Altiore & crassiore petamus ista principio. Homo. n. duplīci cōstat natura, spirituali & corporali: Iuxta spiritualē, quā dicūt animā, uocat spiritualis, interior, nouus hō : iuxta corporalē,

B ii

*inductio  
or doce dñm tuū et p  
cum fratre seppi*

quam carnem dicunt, uocatur carnalis, exterior uetus homo,  
de quo Apostolus.ii.Cor.iii.Licet is qui foris est, noster homo  
corrumptatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in die.  
Hæc diuersitas facit, ut in scripturis, pugnantia de eodem ho-  
mene dicantur, cū & ipsi duo homines in eodem homine sibi  
pugnent, dum caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus  
aduersus carnem.Gal.v.

*Libertas* Primum autem, interiorem hominem apprehendimus, u-  
Christiana in furi, qua nam ratione, iustus, liber, uereqe Christianus, hoc est,  
quibus nō es-  
sistat.

spiritualis, nouus, interior homo, fiat. Et constat, nullā pro-  
fus rerum exteriarum, quoconqe censeantur nomine, aliquid  
habere momenti ad iusticiam aut libertatem Christianā, sicut  
nec ad iniusticiā, aut seruitutem parandam, quod inductione  
facili persuadetur. Quid enim prodesse queat animæ, si corpus  
bene habeat, liberū & uiuax sit, edat, bibat, agatqe ut libuerit,  
cum iis rebus florent etiam impiissimi omniū scelerum semis? Rursus, quid obfuerit animæ, mala ualeudo , aut captiuitas,  
aut famæ, aut sitis, aut quodvis incōmodum externū, cum iis  
rebus uexentur, etiam piissimi, puraqe conscientia libertimi? Neutra harū rerum pertingit ad animæ, siue libertatē, siue semi-  
tutem. Ita nihil profuerit, si corpus sacris uestibus, more sacro-  
rum ornetur, aut locis sacris uerletur, aut officiis sacris occupet,  
aut oret, iejunet, abstineat certis cibis, & faciat opus quodcuqe  
per corpus & in corpore fieri potest. Longe alia re opus erit ad  
iusticiam & libertatē animæ, cū ea qua dicta sunt, geri possint  
a quoquis impio, nec iis studiis alii quā hypocritæ euadant. Edi-  
uerso, nihil oberit animæ, si corpus uestis prophaniis, uersetur  
locis prophaniis, edat, bibat cōmuniter, nō oret uoce, omittatqe  
omnia, quæ per hypocritas superius dicta fieri poterunt.

*Verbum dei* Et ut omnia reiciamus, etiā speculations, meditationes,&  
animæ necel-  
sarium,

Et quicquid per animæ studia geri potest, nihil prodest. Vna re,  
eaqe sola, opus est ad uitam, iusticiā, & libertatē Christianam:  
Ea est, sacrosanctū uerbum dei Euangeliū Christi, sicut dicit  
Iohan.xi.Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me, nō mo-

DE LIBERTATE CHRISTIANA:

pietur in eternum. Item. viii. Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Et Matthei. iii. Non in solo pane uiuit homo, sed in omnibus uerbo, quod procedit ab ore dei. Certū ergo habeamus ac sumiter positiū: Animam posse omnibus rebus carere, excepto uerbo dei, sine quo nullis prouersus rebus est illi consultum. Habens autem uerbum, diues est, nullius egens, cū sit uerbum uitæ, ueritatis, lucis, pacis, iusticiæ, salutis, gaudii, libertatis, sapientie, uitutis, gratiæ, gloriæ, & omnis boni inestimabiliter.

Hoc est, quod Propheta octonario toto, & multis aliis locis totum David in octo  
gemitibus & uocibus suspirat & inuocat uerbum dei. Rursus, natio.  
nec senior plaga iræ dei, dum mittit famem auditus uerbi sui, ut

in Amos dicit, sicut nec maior est gratia, quā si emittat uerbum Seuissima dei  
suum, ut Psal. ciiii. Misit uerbum suum & sanauit eos, & eripuit plaga.

eos de internitionibus eorum. Neq; Christus ad aliud officium missus est, quā uerbi. Et Apostolicus Episcopalis uniuersusq; ordo clericorū, nō nisi in uerbi ministeriū uocat⁹ & institutus est.

Quæres autem, Quod nam est uerbum hoc, aut qua arte uenit Verbum del-  
dum est eo, cū tam multa sint uerba dei? Respondeo, Aposto-  
lus Ro. i. id explicat, scilicet Euangeliū dei de filio suo incarna-  
to, passo, resuscitato, & glorificato per spiritū sanctificatorem.  
Prædicasse enim Christum, hoc est, animā pauissē, iustificasse,  
liberasse, & saluā fecisse, si crediderit prædicationi. Fides enim  
sola est salutaris & efficax usus uerbi dei. Ro. x. Si confitearis ore  
tuo, I E S V M esse dominū, & corde tuo credideris, q; deus  
illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Et iterū. Finis legis Chri-  
stus ad iusticiam omni credet̄. Et Ro. i. Iustus ex fide sua uiuet.  
Neq; enim uerbum dei, operibus ullis, sed sola fide luscipi & colli-  
potest. Ideo clarū est, ut solo uerbo anima opus habet ad uitā Sola fides iu-  
& iusticiam, ita sola fide & nullis operibus iustificatur. Si enim stificat.  
alio quopiam iustificari posset, uerbo non haberet opus, ac per  
hoc nec fide. Verum haec fides subsistere prouersus non potest cū  
operibus, hoc est, si per opera (quæcunq; sint) simul iustificari  
presumas, hoc enim esset in duas partes claudicare, Baal ado-  
rare, & manū osculari, quæ est iniurias maxima, ut Job ait.

B iii

nota bene opib⁹  
fidend⁹

MARTINVS LVTHERV

Credenda. Ideo dum credere incipis, simul discis, omnia quae in te sunt, esse prolus culpabilia, peccata, damnanda. Luxa illud Ro.ii. Omnes peccauerunt & egent gloria dei. Et Ro.iii. Nō est iustus, non est, qui faciat bonum, omnes declinauerunt, simul iniustiles facti sunt. Hoc enim cognito, scies Christum necessarium tibi, qui pro te passus & resuscitatus est, ut in eum credens, alius homo hac fide fieres, donatis omnibus peccatis tuis, & iustificato te alienis meritis, nempe Christi solius.

Nullo exter-  
no opere iusti-  
ficatur homo.  
*Opibom*

Cum ergo hæc fides non nisi in homine interiore regnare possit. Sicut dicit Ro.x. Corde creditur ad iusticiam & sola ipsa iustificet, manifestum est, hominem interiore prorsus nullo externo opere vel negotio posse iustificari, liberum & saluum fieri, & opera quacunq; ad eum nihil pertinere: sicut econtra, sola impietate & incredulitate cordis, reus sit & seruus peccati damnandus, nullo externo peccato vel opere. Quare euus liber Christiani, prima cura esse debet, ut posita operum opinione, solam fidem magis ac magis roboret, & per eandem crescat, in cognitione, non operum, sed Christi IE S V, pro se passi & resuscitati (ut i. Pe.ultimo docet) cum nullum aliud opus faciat Christianum. Sic Christus Iohan. vi. cum Iudæi interrogarent, quid facerent, ut operarentur opera dei, operum multitudine, qua illos uidebat turgere, repulsa, unum eis prescribit, dicens: Hoc est opus dei, ut credatis in eum, quem misit ille, hunc enim pater signauit deus.

Fides thesau-  
rus incompa-  
tabilis.

Hinc recta in Christo fides, incomparabilis thesaurus est, secundum habens uniuersam salutem, & seruans ab omni malo, sicut Marci ult. dicit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, salu⁹ erit. Qui nō crediderit, cōdemnabitur. Quē thesaurū Isaías intutus predixit. x. Verbū abbreviatū & cōsummans faciet dñs superterram: Et cōsumata abbreviatio inundabit iusticiā, quasi dicat: Fides quae est brevis & cōsummata plenitudo legis, tāta iusticia credentes replebit, ut nulla alia re ad iusticiā opus habeant. Sic & Paulus Ro.x.dicit, Corde enim credit ad iustitiam.

Quæris autem, qua ratione fiat, ut sola fides iustificet, & sine

DE LIBERTATE CHRISTIANA.

operibus, tantorū honorū thesaurum prebeat, cū tam multa opera, ceremoniæ, leges, in scripturis nobis præscripta sint. Respondeo, Ante omnia, memor esto eius, quod dictū est, solum fidē, sine operibus iustificare, liberare & saluare, id quod clarius infia faciemus. Interim signandum, uniuersam scripturam dei, in duo partiti, præcepta & promissa. Præcepta do, et quidem bona, sed nō statim sunt, quæ docta sunt, ostendunt enim, quid facere nos oporteat, sed uirtutē faciendi nō donāt, in hoc autē sunt ordinata ut hominem sibi ipsi ostendant, per qua suā impotentiam ad bonum cognoscat, & de suis uiribus desperet. Qua causa, & uetus testamentū uocantur & sunt. Exempli causa: Non concupisces, præceptū est, quo nos omnes esse peccatores conuincimur, cū nemo possit nō concupiscere, quicquid cōtra molitus fuerit, ut ergo, nō concupiscat & præceptū implet, cogitur de se desperare, & alibi ac per alium querere auxilium, quod in se non inuenit, sicut Osee dicit:

Scriptura habet præcepta & promissa.

magis  
fuit

Omnia præcepta nobis & que impossibilia.

Vota

Perditio tua Israël, tantū in me auxilium tuum. Quod autem hoc uno præcepto agitur, idem omnibus agitur, & que enim sunt impossibilia nobis omnia.

Vbi uero per præcepta doctus fuerit impotentia suā, & iam anxius factus, quo studio legi satisfaciat, cū legi satisfieri oporteat, ut ne iota quidem, aut apex prætereat, alioquin sine ulla ciendum, spe damnabitur, tum uere humiliatus & in nihilum redactus coram oculis suis, non inuenit in seipso, quo iustificet & saluus fiat. Hic altera scripture pars adest, Promissa dei, quæ annuntiant gloriā dei, & dicunt: Si uis legē implere, nō concupiscere, sicut lex exigit: En tibi, crede in Christū, in quo promittuntur tibi, gratia, iustitia, pax, libertas, & omnia, si credis, habebis, si nō credis caretis. Nā qd' tibi impossibile est in uniuersis operibus legis, qua multa sunt & tamē inutilia, facili cōpendio implebis per fidē: Quia deus pater, oia in fide posuit, ut quisquis hanchabuerit omnia habeat, qui nō habuerit nihil habeat: Cōclusit n. oia sub incredulitate, ut omniū misereat. Ro. xi. Sic promissa dei hoc donāt, qd' præcepta exigūt & implent, quod lex

MARTINVS LVTHERVVS

Deus solus & iubet, ut sint omnia solius dei, tam præcepta & plenitudo eorum. Ipse solus præcepit, solus quoq; implet, ideo promissa dei pertinent ad nouū testamentū, immo sunt nouū testamentū.

Cum autē hæc promissa dei, sunt uerba sancta, uera, iusta, libera, pacata & uniuersa bonitate plena, sit, ut anima, quæ firma fide illis adhæret, sic eis uniatur, immo penitus absorbeat, ut non modo participet, sed saturetur & inebrietur omni uirtute eorū. Si enim tactus Christi sanabat, quanto magis hic tenerimus in spiritu, immo absorptio uerbi, omnia quæ uerbi sunt, animæ cōmunicat. Hoc igitur modo anima per fidem solam, sine operibus e uerbo dei iustificatur, sanctificatur, uenificatur, pacificatur, liberatur, & omni bono repletur, uereglia dei efficitur. sicut Iohann. i. dicit: Dedit eis potestatem filios dei fieri, iis qui credunt in nomine eius.

Ex iis facile est intellectu. Vnde fides tantū possit, & cur nulla nec omnia bona opera, eam possint æquare, quia nullū opus adhærete uerbo dei, nec in anima esse potest, sola autē fides & uerbum in ea regnant, quale est uerbum, talis ab eo sit anima, ceu ferrū ignitum, candet sicut ignis, propter unionem sui & ignis, ut clarū sit homini Christiano suam fidem sufficere pro omnibus, nec operibus ei opus fore, ut iustificetur, q; si operibus non habet opus, nec lege opus habet, si lege non habet opus, certe liber est a lege, uerumq; est: Iusto non est lex posita. Atq; hæc est Christiana illa libertas, fides nostra, quæ facit, non ut otiosi sumus, aut male uiuamus, sed, ne cuiquā opus sit lege aut operibus ad iusticiam & salutem.

Altera fidei virtus. Hec prima fidei uirtus esto. Alteram quoq; uideamus. Fidei enim & hoc officium est, ut eum cui credit, omniū piissima & summa colat opinione, nempe quod eum aeracem & dignum habeat, cui credendū sit. Neq; enim aliis est honor similis ueritatis & iusticiæ opinioni, qua honoramus eum cui credimus. Quid possumus tribuere ulli maius, quā ueritatem & iusticiam & absolutam prorsus bonitatem? Ediuerso summa contumacia est, opinione mendacii & iniuriantis quenquā celebrare aut suspectum

Summus honor.

DE LIBERTATE CHRISTIANA.

sospicere habere, quod facimus, dum non credimus ei. Sic <sup>Summa con-</sup>  
anima dum firmiter credit promittenti deo, ueracem & iustum  
eum habet, qua opinione nihil potest deo praestantius tribue-  
re: hic summus cultus dei est, dedisse ei ueritatem, iusticiam,  
& quicquid tribui debet ei, cui creditur. Hic paratum sese pra-  
bet, in omnes uoluntates eius, hic sanctificat nomen eius & se-  
cum agi patitur, sicut placitum fuerit deo, quia promissis eius  
inherens, non dubi: at eum uerum, iustum, sapientem, omnia  
optime facturum, dispositurū, curaturum. At nonne talis ani-  
ma, hac fide sua, per omnia obedientissima deo est? Quod perfecta.  
Obedientia

ergo preceptū est reliquum, quod talis obedientia nō abunde  
impleuerit? Que plenitudo plenior quā omnimoda obedien-  
tia, at hanc, non opera, sed sola fides p̄ficit.

Contra, que rebellio? que impietas? que contumelia dei  
maior quā non credere promittenti? Quid enim aliud est, quā  
deum aut mendacem facere, aut dubitare ueracem esse? hoc  
est, sibi ueritatem tribuere, deo autem mendacium & uanita-  
tem: in qua re, nonne deum negat & seipsum sibi Idolum in  
corde erigit? Quid rogo prostant opera in hac impietate facta,  
etiam si Angelica & Apostolica forent? Rēcte ergo deus, non  
in ira aut libidine, sed in incredulitate, omnia conclusit, ne qui  
castis & mansuetis operibus legis fingunt se implere legem (ut  
sunt politice & humanae uirtutes) saluos se futuros presumat,  
cum in peccato incredulitas comprehensi, aut misericordiā  
querant, aut per iusticiam damentur.

Vbi autem deus uidet, ueritatem sibi tribui, & fide cordis no-  
strī se honorari tanto honore, quo ipse dignus est: Rursus & ip-  
se nos honorat, tribuens & nobis ueritatem & iusticiam, prop-  
ter hanc fidem: Fides enim facit ueritatem & iusticiam, reddens  
deo suū, ideo rursus, reddit deus iusticie nostrae gloriam. Vege  
est enim & iustum, deū esse ueracem & iustum, & hoc ei tribuere  
& confiteri, hoc est esse ueracē & iustum. Sic. i. Reg. v. Quicunq;  
honorificat me, glorificabo eum, Qui uero contemnunt me,  
et sunt ignobiles. Sic Paulus Ro. iii. Abrahæ dicit suam fidem

C

Honorat deū  
credētes in eū

Fidelis  
propositus

MARTINVS LVTHERV

esse reputatam in iusticiam, quia per eam dedit plenissime gloriā deo, & nobis eadē causa reputādā ad iusticiā, si crediderim⁹.

Tertia fidei  
gratia.

Vno ad spon-  
sum.

Tert: a fidei gratia incomparabilis est hæc, q̄ animam copulat cum Christo, sicut sponsam cum sposo. Quo sacramento

Cut Apostolus docet Christus & anima efficiuntur una caro. Quod si una caro sunt, uerum inter eos matrimonium, immo omnia longe perfectissimum consumatur ( cū humana matrimonia huius unici figurae sint tenues ) Sequit: & omnia eorum

communia fieri, tam bona quam mala, ut quæcumq; Christus habet, de iis tanquam suis, præfumere & gloriari possit fidelis anima. Et quæcumq; animæ sunt, ea sibi arroget Christus, tanquam sua. Conferamus ista & uidebimus inæstimabilia. Christus plenus est, gratia, uita & salute. Anima plena est peccatis, morte,

& damnatione. Intercedat iam fides, & fieri, ut Christi sint peccata, mors, & infernus. Animæ uero gratia, uita & salus. oportet enim eum si sponsus est, ea simul quæ sponsa habet acceperat,

& ea quæ sua sunt, sponsæ impartire, qui enim corpus suum & seipsum illi donat, quomodo non omnia sua donat ⁊ Et qui

corpus sponsæ accipit, quomodo nō omnia quæ sponsæ sunt accipit ⁊ Hic iam dulcissimum spectaculum prodit non solum cœmunionis, sed salutaris belli & uictoriæ & salutis & redēptiōis.

Duellū amo-  
ris in Christo.

Cum enim Christus sit deus & homo, eaq; persona, quæ nec

peccauit, nec mortuit, nec damnatur, sed nec peccare, mori,

damnari potest. Eiusq; iusticia, uita, salus insuperabilis, eterna,

omnipotens est. Cum inquā talis persona, peccata, mortem, in-

fernū sponsæ, propter annulū fidei, sibi cœmuniona, immo

propria facit, nec in iis aliter se habet, quam si sua essent, ipseq;

peccasset, laborans, moriens, & ad infernum descendens, ut omnia superaret, peccatumq; mors & infernus, eum absorbere nō

possent, necessario in ipso absorpta sunt, stupendo duello. Nā

iusticia eius, omnium peccatis superior, uita eius, omni morte

potentior, salus eius, omni inferno invictior. Ita fit anima fidei,

lis, per arram fidei sui in Christo sposo suo, omnibus pecca-

tis libera, a morte secura, & ab inferno tuta, donata eterna iusti-

Arra fidei in  
spōsa Christi.

in Doctra fidei

DE LIBERTATE CHRISTIANA.

cia, uita, salute, sponsi sui Christi. Sic exhibet sibi sponsam, sine macula & ruga, gloriosam, mundans eam lauacro in uerbo uite, id est, perfidem uerbi, uitae, iusticie, & salutis. Sic sponsat ea sibi, in fide, in misericordia & miserationibus, in iusticia & iudicio. ut Osee. ii. dicit.

Quis ergo has nuptias regales satis aestimet? Quis diuitias Regalium nup  
gloriae, gratia huius comprehendat? Vbi diues & pius hic spō  
ius Christus ducit uxorem hanc pauperculam, impiam, mere  
triculam, redimens eam ab omnibus illius malis, & ornans om  
nibus suis bonis. Iam enim impossibile est, ut peccata sua eam  
perdant, cum super Christum posita sint & in ipso absorpta,  
habeatq; ipsa eam iusticiam in Christo sponso suo, de qua, ut  
sua propria presumat, & aduersus omnia peccata sua, contra  
mortem & infernum, possit cum fiducia illam opponere, & di  
cere: Si ego peccavi, at Christus meus non peccauit, in quem  
credo, cuius omnia, mea sunt, & omnia mea illius. Sicut in  
Canticis. Dilectus meus mihi, & ego illi. Hoc est, quod Paulus  
dicit. i. Corint. xv. Deo gratias, qui dedit nobis uictoriam per  
IESVM Christum dominum nostrum. Victoriam autem  
peccati & mortis, sicut illic inducit: Peccatum stimulus mortis  
est, uirtus uero peccati lex.

Ex iis iterū intelligis, qua causa tantū tribuatur fidei, ut sola  
implat legem, & sine ulla operibus, iustificet. Vides enim pri  
mū preceptum, quod dicitur, Vnuim deum coles, sola fide im  
pleri. Si enim etiā ipse aliud nō essem a planta pedis ad uericem, Qua causa tā  
quā bona opera, nō tamē iustus essem, nec deū coleres, nec pri  
mus preceptū impleres, cū deus coli non possit, nisi tribuatur ei  
ueritatis & uniuersae bonitatis gloria, sicut uere tribuēda est, hoc  
autē opera nō faciunt, sed sola fides cordis. Non n. operando,  
sed credendo deū glorificamus & ueracem cōfitemur. Hoc no  
mine fides sola est iustitia Christiani hominis & omniū præcep  
torū plenitudo. Qui n. primum implet, cetera oīa faciliter opera  
impler. Opera uero, cum sint res insenitate, non possunt deum  
glorificare; quamuis ad gloriam dei (si fides aſſit) fieri possint.

C ii



Fides facit  
opera.

*replano impletum p opera*

Vetum nos hoc temporis querimus, non ea quæ sunt, qualia sunt opera, sed eum qui facit, qui glorificat & opera producit. Hæc est fides cordis, caput & substantia totius iusticæ nostræ. Vnde cæca & periculosa doctrina est, quæ per opera impleta precepta docet, cum ante omnia opera oporteat precepta esse impleta, & plenitudinē sequantur opera, sicuti audiemus.

Vt autem hanc gratiam, quā in Christo habet interior illæ Primogenitu homo noster, latius uideamus, sciendum q̄ deus in veteri testa ræ prærogati mento, sibi sanctificabat omne primogenitum masculinum, eratq; primogenitura magni precii, duplii honore p̄æ catens pollens, sacerdotio & regno. Erat enim frater primogenitus, sacerdos & dominus omnium aliorum. Qua figura Christus p̄æ monstratus est, uere & unice primogenitus dei patris & virginis Marie, uerèq; rex & sacerdos, non secundum carnem & terræ.

Regnū Chrl Regnum enim eius nō est de hoc mundo: In cœlestibus & sp̄asti in quibus ritualibus ipse regnat, & consecrat, quæ sunt, iusticia, ueritas, constet.

Sacerdotium Christi.

Sapientia, pax, salus &c. Non q̄ non omnia etiam terrena & in

ferna subiecta sint ei (alioqui quomodo posset nos ab illis tue

ri & saluare) sed q̄ non in iis nec ex iis regnum eius constet. Ita

nec sacerdotium eius consistit in uestium gestuumq; pompa ex

terna, quale fuit humanū illud Aaronis, & nostrum hodie Ecclæsticū sacerdotium, sed in spiritualibus, per quæ in colis

inuisibili officio, pro nobis interpellat apud deum, ibiq; leip-

sum offert, & omnia facit, quæ sacerdotem facere oportet, si-

cum eum describit Paulus ad Hebreos ex figura Melchisedech.

Nec solum pro nobis orat, & interpellat, sed & intus in spiritu

nos docet uiuis doctrinis spiritus sui, quæ duo sunt proprie offi-

cia sacerdotis, quod in carnalibus sacerdotibus figuratur, pre-

cibus & contionibus uisibilibus.

Quomodo Quemadmodum autem Christus primogenitura sua, has Christianos si duas dignitates obtinuit, ita impartit & cōmunes easdem facit deles, sacerdo cuilibet suo fideli, matrimonii predicti iure, quo sponsæ sunt, te aīle intelli quæcumq; sponsi sunt. Hinc omnes in Christo sumus sacerdotes

et reges, quicunq; in Christū credimus. Sicut. i. Pe. ii. dicit: Vos

DE LIBERTATE CHRISTIANA.

genus electum, populus acquisitionis, sacerdotium regale, & regnum sacerdotale, ut uirtutes enartetis eius, qui uocauit uos de tenebris in admirabile lumen suum. Quæ duo sic se habent, Christiani re-

Primum, quod ad regnum pertinet, quilibet Christianus, per ges.

fidem, sic magnificatur super omnia, ut spirituali potētia, pror

fus omnī dominus sit, ita, ut nulla omnino rerum possit ei

quicquā nocere, immo omnia ei subiecta coguntur seruire ad

salutem. Sic Paulus Ro. viii. dicit: Omnia cooperantur in bo-

num electis. Item. i. Corint. iii. Omnia uestra, siue mors, siue ui-

ta, siue instantia, siue futura, uos autem Christi. Non, q cor.

porali potentia, quisquā Christianorum super omnia consti-

tutus sit, possidenda & tractanda: quo furore, passim Ecclesia

stici quidam insatiunt, hoc enim, regum, principum & homi-

nūm est in terra, quādo ipso uitæ usu uidemus, nos omnibus

subiici, multa pati, atq; adeo mori, immo quo Christianor

quisq; est, hoc pluribus subiectus est malis, passionibus & mor-

tibus, ut in ipso principe primogenito Christo & omnibus fra-

tribus suis sanctis uidemus. Potentia hac spiritualis est, quæ do-

minatur in medio inimicorum, & potens est in mediis pressu-

tis, quod est aliud nihil, quā quod uirtus in infirmitate perfici-

citur: & in omnibus possum lucrum facere salutis, adeo ut crux

& mors cogantur mihi seruire & cooperari ad salutem. Hæc est

enim ardua & insignis dignitas, ueraq; & omnipotēs potestas,

spirituale imperium, in quo nulla res tam bona, nulla tam ma-

la, quæ non in bonum mihi cooperetur, si modo credidero.

Nisi q; fides in ea uirtutem & imperium libertatis siue exerceat.

Ecce hæc est, Christianorū inestimabilis potentia & libertas.

Nec solum reges omniū libertimi, sed sacerdotes quoq; su-

Sacerdotes su-

mus in xier-

num.

mis in eternum, quod longe regio excellentius, per sacerdo-

tium enim digni sumus coram deo apparere, pro aliis orare, &

nos inuicem ea quæ dei sunt, docere. Hæc enim sacerdotū offi-

cia sunt, quæ prorsus nulli incredulo concedi possint. Ita Chri-

stus nobis obtinuit, si in eum credimus, ut sicut confratres, co-

C iii

BmB ap Bang f. 7v

Regnum spi-

rituale.

MARTINVS LVTHERV

h. eredes, & correges. Ita & consacerdotes ei simus, audientes cu  
fiducia, per spiritum fidei coram deo prodire & clamare, Abba  
pater, & alter pro altero orare & omnia facere, quæ uidemus, ui  
sibili & corporali officio sacerdotum geri & figurari. Qui uero  
non crediderit, huic nihil seruit, aut in bonū cooperatur, sed  
omnium ipse seruus est, & omnia ei cedunt in malum, quia om  
nibus impi utitur in sua commoda, non in dei gloriam. Ita  
nec sacerdos est, sed prophanus, cuius oratio fit in peccatum,  
nec corā deo unquā apparet, quia deus peccatores nō exaudit.  
Quis ergo cōprehendere potest, altitudinē dignitatis Christia  
nae, quæ per regalem suā potentiam, omniū dominatur, mor  
tis, uite, peccati &c. Per sacerdotalem uero gloriam apud deū  
omnia potest, quia deus facit, quæ ipse petit & optat, sicut scrip  
tum est: Voluntatem timentium se faciet, & depreciationē eorū  
exaudier, & saluos faciet illos? Ad hāc gloriam certe nullis ope  
ribus, sed sola fide peruenir.

Christianoru  
libertas.

*ad iustitiam*

*Ego*

*Differentia sacerdotum  
a laicis*

Ex iis clare uidere potest quilibet, quo modo Christianus ho  
mo liber est ab omnibus & super omnia, ita, ut nullis operibus  
ad hoc indigat, ut iustus & saluus sit, sed sola fides haec omnia  
largitur abunde. Quod si sic desiperet, ut per illum opus bonū  
præsumeret, iustus, liber, saluus, Christianus fieri, statim amitt  
teret fidem cum omnibus bonis: quæ stultitia pulchre figurata  
est in fabula illa. Vbi canis in aqua currens & carnem ueram in  
ore gestans, deceptus umbra carnis in aqua patentis, dum ean  
dem aperto rictu petit, ueram carnē simul cu imagine perdit.

Hic queres, si omnes qui in Ecclesia sunt, sacerdotes sunt,  
quo nomine discerniuntur ii, quos nunc sacerdotes dicimus a  
laicis? Respondeo. Vocabulis istis, sacerdos, clericus, spiritua  
lis, Ecclesiasticus, iniuria facta est, dum a reliquis Christianis  
omnibus translata sunt ad paucos istos, qui nunc usu noxiō  
Ecclesiastici dicuntur. Scriptura enim sancta nihil discernit in  
ter eos, nisi quod ministros, seruos, coeconomos appellat, qui  
nunc Papæ, Episcopi, dominicij iactantur, qui cæteris seruant,  
ministerio uerbi ad docendam fidem Christi & libertatem si

DE LIBERTATE CHRISTIANA.

delium. Nam & si uerum est, nos omnes æqualiter sacerdotes esse, non tamen possumus, nec si possēmus, debemus oës publice servire & docere. Sic Paulus.i.Cor.ii.1. Sic nos existimet homo, sicut ministros Christi & dispensatores mysteriorū dei.

At dispensatio ista nunc in tantam pompam potestatis & ter  
rificam quandam tyrannidem euasit, ut nec gentium, nec ulla  
mundi imperia queant ei conferri, quasi laici, aliud quiddam  
quā Christiani sunt, qua perueritate factum est, ut penitus inter  
ciderit, scientia Christianæ gratiæ, fidei, libertatis & totius Chri  
sti. Succedente in locum eius, humanorum operum & legum.

intolerabili captiuitate, facti⁹ simus iuxta lamentationes Hier  
emij seui hominum uilissimotum, qui in terra sunt, qui no  
stra miseria abutuntur in omnes turpitudines & ignominias  
uoluntatis suæ.

Redeundo ad id, quod coepimus, puto per hæc clarū fieri,  
Non esse satis nec Christianū, si Christi opera uitā & uerba, præ  
dicandus, diceamus historicō more, ceu res quasdā gestas, quas nosse satis  
sit ad uitę formandæ exemplū, quo modo ii, qui nūc optimi  
sunt, predican. Multominus si penitus taceatur & leges homi  
num decretaq; patrū uice eius doceantur. Iā sunt nō pauci, qui  
eo studio Christū predicant & legunt, ut affectus humanos mo  
uent ad condolendū Christo, ad indignandū Iudeis, & id ge  
nus alia puerilia & muliebria delyramenta. Oportet autē, ut eo  
fine predicef, quo fides in eū promoueaf, ut nō tantū sit Chri  
stus, sed tibi & mihi sit Christus, & id in nobis operef, quod de  
eo dicitur, & quod ipse uocat. Hæc autē fides nascitur, & seruat  
ex hoc, si predicetur, quare Christus uenerit, quid attulerit, &  
dederit, quo usu & fructu acceptandus sit. Hoc sit, ubi recte do  
cetur Christiana libertas, quam ex ipso habemus, & qua ratio  
ne, omnes Christiani, reges & sacerdotes simus, in quo omniū  
domini sumus, & quicquid egerimus coram deo placitum &  
acceptum esse confidimus, sicut haec tenus dixi.

Cuius enim cor, hæc audiens, non totis medullis gaudeat, mæ  
& tanto solatio accepto non dulcescat in amorem Christi: ad onis.

9. Romanos

Ministerium  
Ecclesiastico  
rum quo per  
uaserit,

Fructus opti

mæ predicati

s ad onis.

MARTINVS LUTHERVS

quem amorem, nullis unquam legibus aut operibus peruenire potest. Quis est, qui tali cordi nocere possit, aut ipsum paueciat? Si irruit conscientia peccati, aut horror mortis, paratum est sperare in domino, nec timet ab auditione ista mala, nec cōmouetur, donec despiciat inimicos suos. Credit enim iusticia Christi suam esse, & peccatum suum iam non suum, sed Christi esse: At a facie iusticie Christi, omne peccatum absorbeatur ne cesse sit, propter fidem Christi, sicut superius dictum est, dicitur cū Apostolo, morti & peccato insultare & dicere: Vbi est mors uictoria tua? ubi est mors stimulustuus? Stimulus autē mors peccatum est, uirtus uero peccati, lex. Deo autem gratia, qui de dit nobis uictoriam per I E S U M Christum dominū nostrū. Absorpta enim est mors uictoria non tantū Christi, sed & nostra, quia per fidem nostrā fit, & in ipsa & nos uincimus.

Hec dicta sint de interiorē homine, de eius libertate & de principe iusticia fidei, quae nec legibus, nec operibus bonis indiget, quin noxia eis sunt, si quis per ea presumat iustificari. Nūc ad alteram partem reuertamur ad extēnū hominem. Hic nō respondebitur illis omnibus, qui uerbo fidei & iis, quae dicta sunt offensi, dicunt. Si fides omnia facit & sola ad iusticiam fertis est, cur ergo p̄cepta sunt bona opera? Ociabimur ergo & nihil operabimur, fide contenti. Respondeo, Non sic impūnō sic. Vere quidem sic haberet res ista, si penitus & perfecte, interni & spirituales essemus, quod non fieri, nisi in nouissimo die resurrectionis mortuorum, donec in carne uiuitus, non nisi incipimus & proficimus, quod in futura uita perficietur, propter quod Apostolus Ro. viii. appellat primitias spiritus, quod in hac uita habemus, acceptū scilicet decimas & plenitudinem spiritus in futuro. Ad hanc partem pertinet, quod supra possum est, Christianum esse omnium seruum & omnibus subiectum. Quia enim parte liber est, nihil operatur, qua autē seruus est, omnia operatur, quod qua ratione fiat uideamus:

Quanquā homo (ut dixi) intus secundū spiritū perfidem abunde satis iustificetur, habens quicquid habere debet, nisi q̄ hanc

Quæstio eo  
rum q̄ Luthe  
rū immo qd  
fides non in  
telligunt.

236 missar oratione  
missa exijo  
redo dñm ad angelū mortu  
p̄t̄m̄ vobis c̄r̄d̄m̄  
m̄s̄b̄ f̄nd̄ p̄m̄t̄ḡ  
m̄s̄b̄ ī p̄m̄a: p̄ph̄z  
p̄m̄s̄ p̄ph̄t̄s̄

## DE LIBERTATE CHRISTIANA.

Hanc ipsam fidem & opulentiam oportet de die in diem au-  
gescere, usq; in futuram uitam, tamen manet in hac uita more  
tali super terram in qua necesse est ut corpus suum propriū re-  
gat, & cum hominibus conuersetur. Hic iam incipiunt opera, Vnde opera  
hic non est ociandum, hic certe curandum, ut corpus, ieiunis, incipiant,  
uigiliis, laboribus aliisq; disciplinis moderatis, exerceatur & spi-  
ritui subdatur, ut homini interiori & fidei obediatur & confor-  
mis sit, nec ei rebellet, aut ipsum impedit, sicut est ingenium  
eius, si coercitus non fuerit. Interior enim homo conformis  
deo, & ad imaginem dei creatus per fidem, & gaudet & iucun-  
datur, propter Christum, in quo tanta sibi collata sunt bona,  
Negotiu vni-  
cum hominis  
interioris.  
deo seruat in libera charitate.

Hoc dum agit, ecce in carne propria offendit uoluntaē con-  
trariam, quæ mundo seruire & querere quæ sua sunt, nititur.  
Id quod spiritus fidei ferre non potest neq; ualeat, & aggreditur,  
hilari studio ad opprimendam & coercendam eam. Sicut Pau-  
lus dicit Ro. vii. Condelector legi dei secundum interiorē ho-  
minem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnā-  
tem legi mentis mīae & captiuantem me in legem peccati. Et  
alibi, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte  
aliis prædicas ipse reprobis efficiar. Et Gal. v. Qui Christi sunt,  
carnem suam crucifixerunt cum concupiscentiis suis.

Verum ea opera oportet, non ea fieri opinione, quo per ipsa  
coram deo iustificetur quisquam, hanc enim falsam opinionem  
fides non feret, quæ sola est iusticia coram deo, sed solum ea  
opinione, ut corpus in seruitutem redigatur & purifetur a con-  
cupiscentiis suis malis, ita ut oculum non nisi uerrat ad concu-  
piscentias expurgandas. Cum enim anima per fidem purgata  
sit & amans dei facta, uellet omnia pariter purgari, præcipue  
corpus propriū, ut omnia secum amarent & laudarent deum.  
Ita fit, ut homo exigente corporis sui causa, oculi non possit,  
cogaturq; ob id, multa bona operari, ut in seruitutem redigat.  
Hec tamen opera ipsa, non id sunt, quo iustificetur corā deo,

D

ja. operam bonam

Homo do

Nominadu

Bang bang

Negotiu vni-

cum hominis

interioris.

deo seruat in libera charitate.

Qua opinio-

ne opera fa-

cienda.

notata

sed gratuito amore ea faciat in obsequiū dei, nihil aliud intus, quā diuinum beneplacitum, cui per omnia uellet obsequi officiosissime.

*Nota*  
Qua ratione  
corpus castigandum.

*Nota*  
Anatis genim

*Nota*  
Trinitas p. plato

*Nota*  
Similitudo  
egregia.

Hac ratione quisq; seipsum erudire facile potest, qua mensura aut discretionē (ut dicunt) corpus suum castigare debeat, tantum enim ieunabit, uigilabit, laborabit, quantū satis esse uiderit, ad corporis lasciuiam & cōcupiscentiam premendam.

Qui uero præsumunt operibus iustificari, obseruant non mortificationem concupiscentiarum, sed ipsa tantum opera, abi-

trantes, si modo quā plurima & maxima fecerint, sese bene ha-

bere & iustos factos esse, aliquando & cerebrum laudentes & na-

turam extinguentes, aut saltem inutilem reddentes. Quæ est

ingens insipientia & ignorantia Christianæ uitæ & fidei, uelle si

ne fide per opera iustificari & salvare.

Vt autē ea quæ diximus facilius capiantur, similitudinibus ea monstramus. Debent opera hominis Christiani, per fidem suā ex mera gratuitaq; misericordia dei iustificati & saluati, nō alio loco haberi, quā opera fuissent Adæ & Eue in paradiso & omnium filiorum, si non peccassent, de quibus Gen. ii. sic dicitur:

Posuit deus hominem, quem formauerat in paradisum, ut operearetur & custodiret illū. At Adā erat iustus & rectus a deo creatus, sineq; peccato, ita, ut per suā operationem & custodiā, nō opus habuisset iustificari & rectus fieri, sed ne ociosus iret, dedit ei dominus negotiū, ut paradisum coleret & seruaret. Quæ fuissent opera uite libertima nullius gratia facta, nisi beneplaciti diuini, nō ad iusticiam obtainendam, quā iam habebat plene, quæ & congenita fuisset nobis omnibus.

Ita & credentis hominis opera, qui perfidem suā denū re-

positus est in paradisum & de nouo recreatus, nō eget operibus

ut iustus sit aut sit, sed ne ociosus sit, & corpus suū operetur &

seruet. sunt ei opera eiusmodi libertatis, solū intuitu diuini be-

neplaciti facienda: nisi, q; nondū plene recreati sumus perfecta

fide & charitate, quas augeri oportet, non tamen per opera,

sed per seiphas. Aliud, Episcopus sacer, templū consecrans, puc-

plum.

*Nota*  
Fides reponit  
in paradisum.

*Nota*  
Aliud exemplum.

## DE LIBERTATE CHRISTIANA.

ros confirmans, aut aliud quippiam officii sui faciens, nō consecratur iis ipsis operibus in Episcopum, immo, nisi ante esset consecratus Episcopus, nullum istorū operum quicquā ualent, essentq; stulta & puerilia & ludicra. Ita Christianus perfidem suā consecratus bona facit opera, sed non per hæc magis sacer aut Christianus efficitur, hoc enim solius fidei est, immo, nisi ante crederet & Christianus esset, nihil pro�us ualerent omnia sua opera, essentq; uere impia & damnabilia peccata.

Vera itaq; sunt hæc duo uerba, Bona opera non faciunt bonum uitum, sed bonus uir facit bona opera. Mala opera non faciunt malum uitum, sed malus uir facit mala opera. Ita, ut semper oporteat ipsam substantiam seu personam esse bonam ante omnia opera bona, & opera bona sequi & prouenire ex bona persona. Sicut & Christus dicit: Mala arbor non facit bons fructus, bona arbor non facit malos fructus. Clarum autē Simile est, q; fructus nō ferunt arborem, nec arbor crescit in fructibus. Sed ediuerso arbores ferunt fructus, & fructus crescunt in arboribus. Ut ergo necesse est, arbores esse priores fructibus suis, & fructus non faciunt arbores, neq; bonas, neq; malas, sed contra arbores tales, faciunt tales fructus. Ita necesse est, primum personam ipsam hominis, esse bonam uel malam, antequam faciat bonū uel malum opus, & opera sua non faciunt eū malum aut bonum, sed ipse facit opera sua aut mala aut bona.

Similia uideri licet in omnibus artificiis. Mala domus uel bona non facit malum aut bonum fabrum, sed bonus aut malus faber, facit malam aut bonā domum. Et in uniuersum, nullū opus facit artificē talem, quale est ipsum, sed artifex facit opus tale, qualis est ipse. Ita res se habet & in operibus hominū, qualis est ipse, siue in fide, siue in infidelitate, tale est & opus eius, bonum, si in fide, malum, si in infidelitate factum fuerit. Non autem id conuertitur, ut quale sit opus, talis fiat & homo in fide uel in infidelitate. Opera enim, ut non faciunt fidem, ita nec iustum. At fides, ut facit fidem & iustum, ita & bona opera.

D ii

*Opera fidei & opus a fidei*

Duo verba  
memoranda.

*Artifex*

*opus a fidei*



MARTINVS LVTHERV

Sola fides iu  
stificat.

*fides iu  
stificat*

Infidelis non  
fit malus ex  
operibus.

*fide iu  
stificat*

Opera homi  
nem bonū fa  
ciunt, sed corā  
hominibus.

*Exordio nota*

Fons erroris  
quorundam,

Cum ergo opera neminem iustificant, & hominem oporteat esse iustum antequā operetur bonum, manifestissimum est, lo  
lam fidem esse, quae ex mera dei misericordia per Christum in  
uerbo eius, personam digne & sufficienter iustificet & saluet, &  
nullo opere, nulla lege Christiano homini opus esse ad salutē,  
cum per fidem liber sit ab omni lege, & ex mera liberalitate om  
nia gratuito faciat, quæcunq; facit, nihil quærens aut cōmodi  
aut salutis ( cum iam satur & saluus fit gratia dei ex fide sua ) sed  
solum beneplacitum dei.

*my gratia eamone*  
Sic & infideli nullum opus bonū prodest ad iusticiam & sa  
lutem. Ediuerso, nullum malum opus facit eum malum aut  
damnatum, sed incredulitas, quae personā & arborē malam fa  
cit, mala & damnata facit opera. Vnde dum bonus aut malus  
quisquā efficitur, nō hoc ab operibus, sed a fide aut increduli  
tate orditur. Sicut sapiens dicit, Inītiū peccati, apostatare a deo,  
id est non credere. Et Paulus Heb. xi. Oportet accedentem cre  
dere. Et Christus idem dicens. Aut facite arborem bona, & fru  
ctus eius bonos, aut facite arborē malam, & fructus eius malos.  
ac si dicat, Qui uolet fructus bonos habere, ab arbore incipiet  
& hanc bonā plantabit. Ita qui uult bona operari non ab ope  
rando, sed a credendo incipiat, quod personā bona facit. No  
enī personā bonam facit, nisi fides, nec malā, nisi incredulitas.

Hoc sane uerū est, operibus fieri hominem bonū aut malū  
corā hominibus, hoc autē fieri, est idē quod ostēdi & cognosci  
quis sit bonus aut malus. ut Christus Mat. vii. dicit, Ex fructib⁹  
eorū, cognoscetis eos. At hoc totū in specie & extra manet, qua  
in re, plurimi falluntur, qui scribere & docere præsumunt bo  
na opera, quibus iustificantur, interim fidei ne memorentur  
quidem, eentes in uis suis, falsi & fallentes semper, proficien  
tes in peius, cæci cæcorū duces, multis sese operibus fatigantes,  
& tamen nunquā ad ueram iusticiam peruenientes. De quibus  
Paulus.i. Timot. iii. dicit. Habentes quidē speciem pietatis, vir  
tutem autem eius abnegantes, semper discentes, & nunquā ad  
Scientiam ueritatis peruenientes.

## DE LIBERTATE CHRISTIANA:

Qui ergo cū istis cæcis non uoluerit errare, oportet ut ulterius prospiciat quā in opera, leges, aut doctrinas operum, immo auctor ab operibus intutu, personā inspiciet, & qua ratione illa iustificetur, qua non operibus neq; legibus, sed uerbo dei ( id est, promissione gratia suæ ) & fide, iustificatur & saluatur, ut sit gloria maiestati diuinæ, quæ nos non ex operibus iusticæ quæ fecimus nos, sed secundū misericordiā suam per uerbum, gratia suæ saluos fecit credentes.

Facile ex his cognitum est, qua ratione sint opera bona reicienda aut amplectenda, & qua regula, intelligendae sint omnium doctrinae de operibus datae. Si enim opera comparentur ad iustitiam, & peruerso leviathan eaq[ue] falsa persuasionem fiant, ut per ipsa iustificari presumas, iam necessitatem imponunt, & libertatem cu[m] fide extinguunt, & hoc ipso additamento bona iam non sunt, uereq[ue] damnabilia. Libera enim non sunt, & gratia dei blasphemant, cuius solius est per fidem iustificare & saluare, quod opera non potentia praestare, impia tamen presumptio ne, per nostram hanc stultitiam affectant, ac sic in officiis gratiae & gloria eius uiolenter irruunt. Non ergo opera bona reliquimus, immo maxime amplectimur & docemus, non enim propter ipsa, sed propter impiu[m] hoc additamentu[m], & peruersam opinionem querendae iustitiae, ea damnamus, qua sit, ut solu[m] in specie apparent bona, cu[m] reuera bona non sint, quibus falluntur & fallunt, ceu lupi rapaces, sub uestimentis ouium.

Hic autem leviathanus & peruersa opinio in operibus iusuperabilis est, ubi deest sincera fides, abesse enim non potest a sanctis illis operariis, donec fides iustatrix eius ueniat & regnet in corde. Natura per seipsum non potest eam expellere, immo ne cognoscere quidem, quin eam dicit loco sanctissimae uoluntatis, ubi si consuetudo accesserit, & hanc naturae prauitatem roborauerit (sicuti factum est, per impios magistros) incurabile malum est, & infinitos irrecuperabiliter seducit ac perdit. Quare & si bonum est, de poenitentia, confessione, satisfactione praedicare & scribere, si tamen hic sistatur, & non ad fidem usq[ue] docendam

MARTINVS LVTHERV

procedatur, sine dubio deceptoris & diabolice sunt doctrina. Sic enim Christus, cum suo Ioanne, non solum dixit, penitentiam agite, sed addit uerbum fidei, dicens. Appropinquabit regnum celorum.

Fides erigen-  
da in prædicâ  
tionibus,

*reputata præcent*

Non enim alterum tantum, sed utrumque uerbum dei prædicandum est, noua & uetera proferenda de thesauro, tam vox legis, quā uerbum gratiae. Vocem legis proferri oportet, ut teneantur & in suorum peccatorum noticiam reducantur, & inde ad poenitentiam & meliorem uita rationem convertantur. Sed hic non sistendum, hoc enim esset solum vulnerare & non alligare, percutere & non sanare, occidere & non uiuiscare, deducere ad inferos & non reducere, humiliare & non exaltare. Ideo & uerbum gratiae & promissæ remissionis, ad docendam & engendram fidem, prædicari debet, sine quo, lex, contritio, poenitentia, & omnia alia frustra fiunt & docentur.

Vnde vel poe-  
nitentia vel fi-  
des.

Supersunt quidem adhuc prædicatores poenitentia & gratiae, sed non explicant dei legem & promissionem eo fine & spiritu, ut disci queat, unde poenitentia & gratia ueniant. Poenitentia enim ex lege dei, sed fides seu gratia ex promissione dei prouenit. sicut dicit Ro. x. Fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi, quo sit, ut homo per fidem diuinæ promissio nis consoletur & exaltetur, qui per minas & timore legis diuinæ, humiliatus & in sui cognitione perductus est. Sic p. fal. xxix. Ad uesperū demorabitur fletus, & ad matutinū læticia

De operibus  
ad proximū

Hæc dicta sint de operibus in genere, & simili de iis, quæ Christianus in proprium corpus exercet. Ultimo & de his dicimus, quæ erga proximū suum operatur. Non enim homo sibi uiuit soli in corpore isto mortali ad operandū in eo, sed & omnibus hominibus in terra, immo solum aliis uiuit & non sibi. In hoc enim corpus suū subiectum facit, quo sincerius & liberius queat aliis seruire. sicut Paulus Ro. xiii. dicit. Nemo sibi uiuit & nemo sibi moritur. Qui enim uiuit, domino uiuit, & qui moritur, domino moritur. Ideo non potest fieri ut sit ociosus in hac uita, & absq; opere, erga proximos suos: Necesse est enī

*Præcepta regnante*

DE LIBERTATE CHRISTIANA.

ut loquatur, agat, & conuersetur cū hominibus. Sicut Christus  
in similitudinem hominū factus habitu inuentus est ut homo,  
& cōuersatus cum hominibus. ut Baruch.iii.dicit.

Nullo tamen horum opus ei est ad iusticiam & salutē. Ideo Seruendum  
in omnibus operibus suis, ea debet opinione esse formatus &  
huc solum spectare, ut aliis seruiat & profit in omnibus que-  
cunq; fecerit, nihil ante oculos habens, nisi necessitatem & cō-  
moditatē proximi. Sic enim Apostolus iubet, ut manibus la-  
boremus, quo demus necessitatem habenti, cum potuisset di-  
cere, quo nos ipsos alamus, sed det (inquit) necessitatem ha-  
benti. Nam & in hoc ipsum, corporis curam habere Ch̄ristia-  
num est, quo per eius salutem & commoditatē laborare, res  
quærere, & seruare possimus, in sublidiū eorum, qui indi-  
gent, ut sic membrum robustum seruiat membro infirmo, &  
simus filii dei, alter pro altero sollicitus & laboriosus, inuicem  
onera portantes, & sic legem Christi implentes. Ecce hæc est ue-  
re Christiana uita, hic uere fides efficax est per dilectionem, hoc  
est, cum gaudio & dilectione prodit in opus seruitutis liberri-  
mæ, qua alteri gratis & sponte seruit, ipsa abunde satur fidei  
sue plenitudine & opulentia.

Sic Philippen. cum Paulus docuisset, quā diuites facti essent  
per fidem Christi, in qua omnia obtinuerint, docet eos deinceps, dicens: Si qua consolatio Christi, si quod solatium chari-  
tatis, si qua societas spiritus, implete gaudium meum, ut idē  
sapiatis, & eandem charitatem habentes unanimes idipsum  
sentientes, nihil per contentionem, nec inanem gloriam, sed  
in humilitate superiores inuicem arbitrantes, nō quæ sua sunt,  
singuli confunderantes, sed ea quæ aliorum. Hic clare uidemus,  
vitam Christianorum ab Apostolo in hanc regulam esse posi-  
tam, ut omnia opera nostra ad aliorum commoditatē ordi-  
nentur, cum per fidem quisq; suam sic abundet, ut omnia alia  
opera totaq; uita ei superfluant, quibus proximo spontanea  
benevolentia seruiat & benefaciat,

Seruendum  
omnibus

Corporis cu-  
ra quare ha-  
benda.

Christianæ  
vita.

*her fano dyspari*

MARTINVS LVTHERV

Ad hoc inducit Christum pro exemplo, dicens. Hoc sentit  
in uobis, quod & in Christo IESV, qui cū in forma dei esset  
non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo, sed exinanuit  
semetipsum, formā serui accipiens, in similitudinē hominum  
factus & habitu inuentus ut homo, factus est obediens usq; ad  
mortē. Hoc enim uerbū Apostoli saluberrimum nobis obscura-  
runt ii, qui uocabula Apostolica, formā dei, formā serui, ha-  
bitū, similitudinē hominum, prorsus non intellexerunt, & ad  
naturas diuinitatis & humanitatis transtulerunt, cū Paulus id  
uelit, Christum cum esset plenus forma dei, & omnibus bonis  
abundans, ita, ut nullo opere, nulla passione indiguerit, ut in-  
stus & saluus fieret, habebat enim hæc omnia statim ab inicio  
sui, non tamen iis inflabatur, nec super nos eleuabatur, & quant  
dam potentia super nos sibi arrogabat, licet id illuc potuisse.  
Sed contra, sic egit laborans, operans, patiens, moriens, ut si-  
milis esset cæteris hominibus, & habitu & gestu non aliud quā  
homo, quasi iis omnibus egeret & nihil haberet formarū dei,  
quod tamen totū propter nos fecit, ut nobis seruiret, & nostra  
fierent omnia, quæ hac forma serui op̄eraretur.

Christianus se  
Christo cōfor-  
met,

Ita Christianus, quemadmodū caput suū Christus, per fidem  
suam plenus & satur contentus esse debet hac formā dei per fidem  
obtenta ( nisi quod, ut dixi, ipsam hanc fidem augere debet,  
donec perficiatur) hæc enim uita, iusticia, & salus eius est, perso-  
nam ipsam seruans, & gratia faciens, omniaq; tribueris, quæ  
Christus habet, ut supra dictum est. Et Paulus Gal.i. confimat,  
dicens. Quod autem in carne uiuo, in fide filii dei uiuo. Et quan-  
quā sic liber est ab omnibus operibus, debet tamen rursus se exi-  
nanire hac in libertate, formā serui accipere, in similitudinem  
hominū fieri, & habitu inueniri ut homo, & seruire, adiuuare,  
& omni modo cum proximo suo agere, sicut uidet secū aetū  
& agi a deo per Christū, & hoc ipsum gratis, nulloq; respectu,  
nisi diuinij placiti, & ita cogitare.

Fiducia Chri- En mihi indigno damnatoq; homunctioni, citta omne me-  
stiana. ritū, mera, gratuitaq; misericordia, dedit deus meus in Christo,  
omnes

## DE LIBERTATE CHRISTIANA.

omnes diuitias iusticie & salutis, ut amplius nulla re proorsus interdigeam, nisi fide, quae credit hoc se sic habere, huic ergo tali patri, qui me suis his inestimabilibus diuiciis obruit, cur non liberaliter, hilariter, toto corde, spontaneoq*e* studio, omnia faciam, quæcumq*e* sciero placita & grata coram illo esse? Dabo itaq*e* me quendam Christum proximo meo, quemadmodum Christus se præbuit mihi, nihil facturus in hac uita, nisi quod uidero proximo meo necessarium, cōmodum & salutare fore, quādoquidē per fidē, omnīu bonoru in Christo abundāsum.

Ecce sic fluit ex fide, caritas & gaudiū in domino, & ex charitate, hilaris, libens, liber animus, ad sponte seruendū proximo, ita ut nullam habeat rationem, gratitudinis, ingratitudi<sup>Fidei fructus.</sup> *Vide milles*, laudis ac uituperii, luci aut damni. Neq*e* enim agit hoc, *ctor q*e* digne* ut homines sibi demereantur, nec inter amicos inimicosq*e* dit<sup>damnatus Lut</sup> therus, cernit, nec gratos, nec ingratos suspicit, sed liberrime libentissimeq*e* dispergit se & sua, siue ea perdat in ingratiss, siue mereat. Sic enim & pater eius facit, omnibus omnia distribuens abundantē & libertime, faciens solem suū oriri super bonos & malos: Ita filius nihil nisi gratuito gaudio, quo in deo per Christum delectatur, tantarum rerum largitore, facit & patitur.

Vides ergo, si cognoscimus ea, quae nobis data sunt maxima & præciola (ut Petrus ait) mox per spiritum diffundi in cordibus nostris charitatem, qua liberi, hilares, omnipotentes, operatores, & omnium tribulationum victores, proximum sumus. Qui uero non cognoscunt donata sibi per Christum, iis Christus frustra natus est, per opera illi incedunt, ad istarum rerum gustum & sensum nunquam peruenturi. Iḡt̄ sicut proximus noster necessitatem habet, & nostra abundantia indiget, ita & nos corā deo necessitatem habuimus, & misericordia eius indigimus, ideo sicut pater cœlestis nobis in Christo gratis auxiliatus est, ita & nos debemus gratis per corpus & opera eius, proximo nostro auxiliari, & unusquisq*e* alteri, Christus quidā fieri, ut simus matuū Christi, & Christus idē in oib⁹, hoc est, uere Christiani.

E

*Qui nō gloriat ē dñe dñs*

MARTINVS LVTHERV

Gloria vitæ  
Christianæ.

ludwig christians

Quis ergo cōprehendere queat, diuitias & gloriam Christi,  
næ uitæ, quæ omnia potest & habet, & nullius indiger, pecca-  
ti, mortis, inferni, domina, simul tamen omnibus serua & ob-  
sequiosa, & utilis? Sed quæ prohdolor hodie in toto orbe ig-  
nota est, nec prædicatur nec queritur, adeo ut prolsus nostru  
nomen ipsius ignoramus, cur Christiani simus & uocemur,  
certe a Christo sic uocamur, non absente, sed inhabitante in  
nobis, id est, dum credimus in eum & inuicem mutuoq su-  
mus alter alterius Chrtistus, facientes proximis, sicut Christus  
nobis facit. At nunc hominum doctrinis, non nisi merita, pre-  
mia, & ea qua nostra sunt docemur querere, & ex Christo non  
nisi exactorem longe præ Moze saueriorem fecimus.

Diva dei geni  
erix exemplar

Eiusdem fidei exemplum præ ceteris, præbuit & beata vir-  
go, dum (ut Lucæ.ii. scribitur) purificabatur secundum legē  
Mosi, more omium mulierum, cum tamen lege tali non tene-  
retur, nec purificari opus illi fuit, subiecit se tamen sponte & li-  
bera charitate legi, similis facta cæteris mulieribus, ne offend-  
ret, aut contemneret eas. Nō ergo iustificata fuit hoc opere, sed  
iusta fecit hoc gratuito & libere: ita & nostra opera fieri debent,  
non iustificandi gratia, cum prius fide iustificati facere debea-  
mus omnia libere & hilariter propter alios,

Paulus docet  
opera.

lontea obvnia foliaria

Et sanctus Paulus discipulum suum Timotheum circuncide-  
bat, non q opus esset illi ad iusticiæ circuncisione, sed ne offend-  
eret aut contemneret infirmos in fide Iudaeos, qui neqdū po-  
terant capere fidei libertatem. At contra, ubi contempta liber-  
tate fidei, urgebant circuncisionem esse necessariam ad iusti-  
ciam, restitit & Titum circunciidi non permisit, Galathi.ii. Si-  
cat enim nullius infirmitatem in fide offendere aut contemne-  
re uoluit cedens eorum uoluntati ad tempus, ita rursus noluit  
offendi aut contemni libertatem fidei ab induratis iusticianis,  
incedens media uia, parcens infirmis ad tempus & resistens in-  
duratis semper, ut omnes ad fidei libertatem conuerteret. Eodē  
studio & nostra fieri debent, ut infirmos in fide suscipiamus

DE LIBERTATE CHRISTIANA.

(ut Roma.xiii.docet) sed magistris operum induratis fortiter  
resistamus. De quo latius inferius dicemus.

Christus etiam, Matthæi. xvii. ubi a discipulis suis petebatur didrachmum, disputabat cum sancto Petro, an ne filii regis liberi essent a censibus, & Petrus hoc affirmasset, iussit tamen, ut iret ad mare, dicens. Ne scandalizemus eos, uade & pescem qui primo ascenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies statuerem, quem tollens, da pro me & pro te. Hoc exemplum pulchre ualeat ad propositum, In quo Christus se & suos appellat liberos & filios regis, qui nullius egeant, & tamen sponte se submittit & soluit censem. Quantum ergo hoc opus Christo necessarium, aut utile fuit ad iusticiam & salutem, tantu ualent omnia alia sua & suorum opera ad iusticiam, cum sint omnia iusticia posteriora, & libera, tantum ad aliorum obsequium & exemplū facta.

Talia sunt, quæ & Paulus Roma. xiii. & Timoth. iii. præcepit, ut potestatibus subditi sint, & ad omne opus bonum parati, non ut per hoc iustificantur, cum iam iusti sint ex fide, sed ut in libertate spiritus, per hæc aliis & potestatibus seruirent, & te doctorem eorum uoluntati gratuita charitate obsequerentur. Talia oportuit esse & omnium collegiorum, monasteriorum, sacerdotumq; opera, ut quisq; suæ professionis & status opera solum in hoc faceret, ut per hæc non iusticiam, sed corporis sui subiectio nem exerceret, aliis in exemplum, qui & ipsi opus habent corporis sui castigatione. Deinde ut alis duntaxat obsequerentur ad eorum uoluntatem, gratuita charitate, hoc tamen semper & summa cura obseruato, ne uana fiducia presumat per ipsa, quisquam iustificari, mereti, aut saluus fieri, quod solius fidei est, ut sepius dixi.

Si quis ergo hanc scientiam haberet, facile se posset gerere ci-  
stra periculum, in infinitis illis mandatis & præceptis Papæ,  
Episcoporum, Monasteriorum, Ecclesiarum, principum & magistratum, que aliqui stulti pastores, sic urgent, quasi ad iusticiam & salutem sint necessaria, appellantes præcepta Ecclesiæ,

E ii

MARTINVS LVTHERV

cum sint nihil minus, Christianus enim liber, sic dicet, Ego ie-  
junabo, orabo, hoc & hoc faciam, quod per homines man-  
datum est, non quod mihi illo sit opus ad iustitiam & salutem,  
sed quod in hoc morem geram Papae, Episcopo, communi-  
tati illi, & illi magistratui, aut proximo meo ad exemplum, fa-  
ciam & patiar omnia. Sicut Christus mihi multo plura fecit &  
passus est, quorum ipse nullo proorsus egebat, factus propter  
me sub lege, cum non esset sub lege. Et quamvis tyranni vim  
aut iniuriam faciant, hoc exigentes, non tamen nocebit, do-  
nec contra deum non fuerit.

Pastorum bo-  
norum disci-  
mena mala.

Ex iis omnibus quisq; poterit certum iudicium & fidele di-  
ctimen omnium operum & legum accipere, & scire, qui sint  
caeci, stulti, & qui uerti & boni pastores. Nam quodcumq; opus  
non hue solum dirigitur, ut fiat uel ad castigandum corpus,  
uel ad obsequium proximi (ubi contra deum nihil postulet)  
non est bonum nec Christianum. Et hinc ego uehementer me  
tuo, pauca uel nulla collegia, monasteria, altaria, officia Ec-  
clesiastica, esse Christiana hodie, nec non & ieunia & preculas  
peculiares, de certis sanctis. Metuo inquam, in his omnibus  
quæri, non nisi ea quæ nostra sunt, dum arbitramur, per hac  
purgari peccata nostra, salutem inueniri: & sic funditus extin-  
guitur libertas Christiana, quod ex ignorantia fidei Christia-  
nae & libertimæ, uenit.

Quam ignorantiam & libertatis oppressionem, plurimi ce-  
cissimiq; pastores sedulo confirmant, dum populos in ea stu-  
dia sollicitant & urgent, laudado ea, & suis indulgentiis infla-  
do, fidem autem nunquam docendo. Ego autem tibi consultu uolo,  
si quippiam uoles orare, ieunare, aut in Ecclesiis fundare (ut uo-  
cant) caue facias, eo fine, quo tibi aliquid cōmodi, siue tem-  
poralis, siue æterni pares. Injuriam enim fidei tuæ facies, quæ so-  
la tibi omnia præbet, ideo sola curanda, ut augeatur, siue ope-  
ribus, siue passionibus exercita: sed da, quod das, libere & gra-  
tis, ut alii ex te tuaq; bonitate augescant, & bene habeant. Sic  
enim eris uere bonus & Christianus. Quid enim tibi bona &  
opera

Consilium.

Fides sola cu-  
randa.

n Sandim f.

## DE LIBERTATE CHRISTIANA.

opera tua, quæ ad corporis castigationem superabundant, cū  
abundes pro te per fidem tuā, in qua tibi omnia donauit deus?

En ista regula oportet, ut quæ ex deo habemus, bona fluant  
ex uno in alium, & communia fiant, ut unusquisq; proximi  
suum induat, & erga eum sic se gerat, ac si ipse esset in loco il-  
lius. E Christo fluxerunt & fluunt in nos, qui nos sic induit &  
pro nobis egit, ac si ipse esset, quod nos sumus. E nobis fluunt  
in eos, qui eis opus habent, adeo, ut & fidem & iusticiam meā  
oporteat coram deo ponī, pro tegendis & deprecandis proxi-  
mi peccatis, quæ super me accipiam, & ita in eis laborem & ser-  
uiam, ac si mea propria essent, sic enim Christus nobis fecit.  
Hæc est enim uera charitas, sinceraq; Christianæ uitæ regula.  
Ibi autem uera & sincera est, ubi uera & sincera fides est. Hinc  
Apostolus. i. Corint. xiii. Charitati tribuit, quod non querit  
quæ sua sunt.

Concludimus itaq; Christianū hominē nō uiuere in seipso, Christianus  
uiuere in Chri-  
sto & proximis  
sed in Christo & proximo suo, aut Christianū esse in Christo  
per fidem, in proximo per charitatē: per fidē sursum rapit su-  
mo, *Sursum rapit su-*  
præ se in deum, sursum per charitatem labitur infra se in proxi-  
mum, manens tamen semper in deo, & charitate eius. Sicut  
Christus Iohann. i. dicit, Amen dico uobis, deinceps uidebis cœ  
lum apertum & angelos dei ascendentēs & descendētēs super  
filium hominis. Et hæc de libertate satis, quæ ut uides, spiritua  
lis ueraq; est, libera faciens corda nostra ab omnibus peccatis,  
legibus & mandatis (Sicut dicit Paulus. i. Timo. i. Lex iusto nō  
est posita) quæ supererat omnes alias libertates exteras, quantū  
coelum supererat terram, quam nos Christus faciat & intellige-  
re & senare. A M E N.

Contra liber-  
tatem carnis.  
**I**N FINE, propter eos quibus nihil tam bene dicitur, qd' gratiosus etimi-  
liberante  
non depravent male intelligendo, addendum est, si ta-  
men & id ipsum intelligere possint. Sunt quāplutimi, qui  
hanc libertatem fidei audientes, mox eam in occasionem car-  
nis uertunt, omnia sibi statim licere arbitrantes, nec alia re ullā

E. iii.

MARTINVS LVTHERV

liberi & Christiani uideri uolentes, quā contemptu & reprehensione ceremoniarum, traditionum, legum humanarum, quali ideo Christiani sint, quia statis diebus non ieunant, aut alii ieunantibus ipsi carnes comedunt, aut preculas usitatas omit-tunt, suspenso naso, præcepta hominum illudentes. Cetera uera ad Christianam religionem pertinentia prolsus poshabentes. Quibus pertinacissime resistunt ex altera parte, ii, qui sola obseruantia & reuerentia ceremoniarum nituntur salui fieri, qua si ideo salui sint, quia statis diebus ieunant aut a carnibus abstinent aut certas preces orient, iactantes precepta Ecclesie & patrum, nec ipsi pili facientes, ea quæ sincere sunt fidei nostre. Vtricq; culpabiles plane, quod rebus neglectis grauioribus & ad salutem necessariis, super rebus iis leuiculis & non necessariis tanto tumultu conflicantur.

Quanto rectius Paulus Apostolus, media via incedere docet, & uttung; latus damnat, dicens. Qui manducat, manducantem non spernat: Et qui non manducat, manducantem non iudicet. Vides hic, q; ii, qui ceremonias non pietate, sed mero contemptu omittunt & uituperant, reprehendantur, cū Apostolus doceat non contemnere, scientia enim eos inflat. Rursum pertinaces alteros docet, ut non iudicent illos: Neuti enim charitatem ædificantem inuicem custodiunt. Quare hic audienda est scriptura, quæ docet, ut nec ad dextram nec ad sinistram declinemus, sed sequamur iusticias domini rectas latificantes corda, ut enim non iustus est quisquam, quia operibus & ritibus ceremoniarum seruit & addictus est, ita nec iustus ex eo censebitur solo, quod illa omittit & contemnit.

Non enim liberi sumus per fidem Christi ab operibus, sed ab opinionibus operum, id est, a stulta presumptione iustificacionis per opera quæsite. Fides enim conscientias nostras redimit, rectificat, & seruat, qua cognoscimus iusticiam esse non in operibus, licet opera abesse neq; possint, neq; debeat. Sicut sine cibo & potu & uniuersa corporis istius mortalis opera esse nō possumus, nō tñ in eis iusticia nostra sita est, sed in fide, nec tamen

*Ceremonia libici finit*

DE LIBERTATE CHRISTIANA.

illa ob id contemnenda sunt aut omittenda. Sic in mundo sumus necessitate uitæ huius corporis coacti, sed non ex hoc iusti sumus. Regnum meum non est hinc, seu de hoc mundo, ait Christus, sed non dixit: Regnum meū non est hic, seu in hoc mundo. Et Paulus: Licet in carne ambulemus, non tamen secundum carnem militamus. Et Gal. i. Quod uiuo in carne, in fide uiuo filii dei. Sic, quod facimus, uiuimus, sumus in operibus & ceremoniis, necessitas huius uitæ facit & corporis regendi cura, non tamen in his iusti sumus, sed in fide filii dei. Quare Christiano per medium eundum est, & duo illa genera hominum sibi proponenda: aut enim occurunt ei pertinaces, obdurati ceremoniæ, qui sicut aspides surdæ nolunt audire ueritatem libertatis, sed suas ceremonias, tanquā iustificationes istant, imperant, & urgent sine fide: quales erant olim Iudæi, nolentes intelligere ut bene agerent, his oportet resistere, contraria facere, & fortiter scandalizare, ne opinione ista impia, plurimos secum fallant, in horum oculis expedit comedere carnes, soluere ieiunia, & alia pro libertate fidei facere, quæ pro summis peccatis habent, dicendūq; de eis: Sinite eos, caci sunt & cæcorum duces, hoc enim modo & Paulus Titum noluit circumcidere, cum illi urgerent. Et Christus defendit Apostolos, q; sabbato uellebant spicas & multa similia.

Quomodo  
cū pertinaci-  
bus agendū.  
*Nota*

*Jenimus foliace*

*fraudat infu*

Aut occurunt, simplices, idiotæ, ignari & infirmi in fide ( si. Ad simplices, cut Apostolus uocat) qui nondum possunt capere libertatem istam fidei, etiam si uellent: his parendum est, ne offendant & deferendum eorum infirmitati, donec plenus erudiantur. Hi enim quia malitia indurata nō faciunt nec sentiunt ita, sed sola imbecillitate fidei, propter eorū scandalum uitandum, servanda sunt ieiunia & alia, quæ ipsi necessaria arbitrantur, hoc enim charitas exigit, quæ neminem ledit, sed omnibus seruit. Non enim sua culpa, sed pastorum suorum, infirmi sunt, qui laqueis & armis traditionum suarum eos captiuauerūt & male percusserunt, a quibus debuerant liberari & sanari fidei libertatis doctrina. Sic Apostolus Ro. xiii. Si esca mea scandalizat.



MARTINVS LVTHERV

fratrem meum, non manducabo carnes in eternum. Et item,  
Scio, quod per Christum nihil est commune, nisi illi qui putat commune  
ne esse, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat.

In leges & le-  
gislatores.

Quare & si fortiter resistendum est magistris illis traditioni,  
& leges pontificum acriter uituperandae, quibus in populum  
dei grassantur, turba tamen pauidae parcendum est, quia capti-  
vam tenent eisdem legibus impii illi tyranni, donec explicen-  
tur. Ita pugna strenue, contra lupos, sed pro ouibus, non simul  
contra oves, quod facies, si in leges & legislatores inuecharis, &  
tamen simul serues eas cum infirmis, ne scandalizentur, donec  
& ipsi tyrannidem cognoscant, & libertatem suam intelligat.  
*Anomosorbi*  
*libertate*

Ad ætate ad-  
huc rudes, i-

Cam ergo haec uita agi non possit, sine ceremoniis & operi-  
bus, immo seruēs & rudis ætas adolescentium opus habeat his  
uinculis arceri & seruari, & unicuique corpus suum eisdem studiis  
castigandum sit, prudentem & fidelem oportet esse ministrum  
Christi, ut sic regat & doceat populum Christi in his omnibus,  
ne conscientia & fides eorum offendatur, ne in eis opinio aut ra-  
dix amaritudinis oriatur, & per illam inquinentur multi (et  
Paulus premonuit Hebreos) hoc est, ne amissa fide, incipiant  
opinione operum inquinari, quasi per ipsa iustificandi, quod  
facile fit, & plurimos inquinat, nisi fides constanter simul incul-  
etur. Impossibile uitari autem est, ubi tacita fide, constitutio-  
nes hominum sole docentur, sicut hactenus factum est, per pesti-  
lentes, impias, animicidas pontificum nostrorum traditiones,  
& Theologistarum opiniones, infinitis animabus ad inferos his  
laqueis pertractis, ut Antichristum agnoscere possit.

In summa, sicut paupertas in diuiciis, fidelitas in negotiis,  
humilitas

DE LIBERTATE CHRISTIANA.

humilitas in honoribus, abstinentia in conuiuiis, castitas in de-  
liciis. Ita iusticia fidei, in ceremoniis periclitatur. Nunquid ( ait  
Salomon ) ignem quis in sinu gestare potest, ut non combu-  
rantur uestimenta eius ? Et tamen ut in diuiciis, in negotiis, in  
honoribus, in deliciis, in epulis, ita in ceremoniis, id est, in pe-  
nalis uestari oportet. immo, sicut infantibus pueris, maxime  
opus est, foueri sinu & officio puellarum, ne pereant, quibus  
men adultis, periculum salutis est, inter puellas uestari. Ita rudi-  
bus & feruentis etatis hominibus opus est, ut ceremoniarum  
claustris etiā ferreis teneantur & castigentur, ne impotens eorum  
animus per uicia præceps eat, & tamen mors eis fuerit, si in opi-  
nione iustificationis in eis perseuerauerint, cum docendi potius  
sint, non ideo se fuisse adeo incarceratos, ut per hoc iusti sint  
aut multa meriti, sed ne mala facerent, & ad iusticiam fidei fa-  
cilius erudirentur, quod præ impetu etatis, nisi premerentur,  
non ferrent.

Vnde ceremoniae in uita Christiana alio loco habendæ non  
sunt, quā apud fabros & artifices habentur præparamenta illa,  
ad ædificandū & operandum disposita, quæ non in hoc pa-  
ratur, ut aliquid sint aut maneant, sed quod sine iis ædificari  
aut fieri nihil possit, perfecta enim structura deponuntur. Hic  
uides, non ipsa contemni, immo maxime queri, opinio autē  
contemnitur, quia nemo existimat hæc esse ueram & perma-  
nentem structuram. Quod si quis tam insigniter desiperet, ut  
tota uita aliud non curaret, quā ut hæc præparamenta quam  
sumptuosissime, diligentissime, pertinacissime disponeret,  
nunquā autem de ipsa structura cogitaret, sibi placens & iactas  
suam opelam in præparamentis & fulcris istis uanis, nonne oēs  
eius insanias misererent, & sumpto isto perduto, magnum ali-  
quid ædificare potuisse iudicarent ? Ita nō ceremonias nec ope-  
ra contemnimus, immo maxime querimus, opinionem autē  
operum contemnimus, ne quis existimet illam esse uere iusti-  
ciam, sicut faciunt hypocrita, qui totam uitam in his studiis  
singunt & perdunt, & adjid, cuius gratia sunt, non perueniūt

Quo loco ha-  
bendæ ceremo-  
niae.

MARTINVS LVTHERV

Seu ut Apostolus ait, Semper discentes, & nunquam ad scientiam  
ueritatis peruenientes. Videntur enim uilem ædificare selegem pa-  
rant, & tamen non ædificant unquam. Ita manent in specie pie-  
tatis, & uirtutem eius non attingunt:

*In insigniter  
superstitionis.* Placent tamen interim sibi in his studiis, ausi etiam omnes  
alios iudicare, quos simili opere pompa non fulgere uidentur,  
cum hoc uano sumptu & abusu donorum dei, si fide essent im-  
buti, grandia potuissent in suam & aliorum salutem efficere.  
Verum cum natura humana & ratio (ut uocant) naturalis, sic  
naturaliter superstitionis, & propositis quibusque legibus & ope-  
ribus, prompta sint in opinionem iustificationis per ea adi-  
piscendæ his addæ, quia usu omnium legislatorum terrenorum,  
in eundem sensum est exercita & firmata, impossibile est, ut per  
seipsum se exuat a seruitute illa operaria, in libertatem fidei cog-  
noscendam, ideo oratione opus est, ut dominus nos trahat, &  
theodidactos, id est, dociles deo faciat, & ipse in cordibus no-  
stris (sicut promisit) legem scribat, alioquin actum est de no-  
bis. Nisi enim ipse doceat intus hanc sapientiam in mysterio ab-  
scinditam, natura non potest nisi damnare eam, & hereticæ  
iudicare, quia scandalizatur in ea & stulta ei appetet, sicut olim  
in prophetis & Apostolis uidimus accidisse, sicut & nunc mihi  
& mei similibus faciunt, impii & cæci pontifices cum suis adu-  
latoribus, quorum aliquando misereatur deus, & supernos il-  
luminet uultum suum, ut cognoscamus in terra uiiam eius, in  
omnibus gentibus salutare eius. Qui est benedictus in secula.

A · M · E · N ·

A · N · N · O · D · O · M · I · N · I ·  
· M · A · D · I · X · I ·



**Nota**

Complicita sunt redemptio Dei ipsa penitentia et resumptionem sub terram quod ad hanc  
est nescie aq[ue] reditum tunc in eis prospicit et admisit.

Semper mandat nos Providence mundus in ducas nos.

Dicimus respondeantem puerissime noscum quod admodum sit p[ro]p[ter]a  
propter primi diffidit nos credidit sed sicut alios adoramus.

Emendare malitia regit nos affectum et mundus qui dicitur deinceps sentit illi p[ro]p[ter]a  
securi sed proficiens ut affectum nunc de rebus non debet mundus.

papa ambo duxit non q[uod] patet sed q[uod] p[ro]p[ter]a electos fecerunt et ihu misericordia duxit  
hunc regit principatus habent papa sed q[uod] apostolus fecerunt est oppositum  
vino impetravit nisi primi p[ro]p[ter]a legi q[uod] ip[s]e imposuit

Alibi ad id p[ro]p[ter]a passi missio ad m[er]ita passa fuit per h[abitu]m resumere  
ad id regula est infirmis fuit resurrexit

multo est effratim remedium retro omnes aduersitatis q[uod] ministeria b[ea]tifici  
et carnalib[us] qui p[ro]p[ter]a diffiduntur secundu[m]  
et animalib[us] q[uod] sunt de legi et videntur h[abitu]m legi ut p[ro]p[ter]a hoc atro[m] p[ro]p[ter]a  
spiritualib[us] q[uod] p[ro]p[ter]a Dei est p[ro]p[ter]a.

ad quodcumque fuerit... suad et carcerem impligebit Ihesus mar[ti]nus 8. v. 9. q[uod]  
video et responso ihu hoc nimis ego sed tuam sum ista sunt mea p[ro]p[ter]a omnia  
ego enim te carcerem et ad te et ad ministrum fuit p[ro]p[ter]a omnia  
mea cum pareri de hoc est p[ro]p[ter]a

de resolutio de summa iudiciali agimus obiecto resiliens monachis  
ut nulli tali spiritu rapint et ad malum gaboni et de bonis  
et veri scilicet legi sed impli[ca]ta ratiocinii i.e. opp[os]itio charactere ut hoc est proprium mundi  
et mundi q[uod] diligitur p[ro]p[ter]a legi adimpli[ca]ta plenaria legi et Ihesus p[ro]p[ter]a  
et lenitudo p[ro]p[ter]a lenitudo b[ea]tifici et sic d[omi]n[u]s et ap[osto]l[u]s marcellinus  
et iustitiam sicut p[ro]p[ter]a adoptionem et filia esse hoc p[ro]p[ter]





Th  
6117